27. a 8
6

Biblioteca Universitaria
GRANADA
Sala
Estante
Tabla
Número

EILHARDI LVBINI

# ANTIQVARIVS

SIVE

PRISCORVM, ET MINVS VSITATORVM VOCABVLOrum, brevis ac dilucida interpretatio,

EX

OP ... QVIBVS-

*qu ... omta, &*

*...etico digeſta.*




AMSTELREDAMI,

Apud Zachariam Heyns Bibliopolam.

ANNO M. D. XCIIII.

Ex commissione Officij S. Inquisitionis hic liber correctus est ad hanc scriptionem nuper Expurgatorij Granatj.
Anno 1608.

GENERE,
DOCTRINA,
MORIBVS
*ORNATISSIMO, POLITISSIMO IVVENI*

EILHARDO ESYCHIO
PATRITIO BREMENSI

*Diſcipulo, ac amico meo multis nominibus mihi cariſsimo, commendatiſsimo Salutem dico.*

INTER quam plurima generis humani ESYCHI de quibus quæras, vel queraris incertū eſt, non poſtremum hoc, quod, cum tam multi ad eruditionem tendant, tam pauci ad veram perveniant, adeo multi bonum ſequātur, pauci verum aſſequantur. Et mirū hoc, minime mirum, ſi paullo accuratiùs conſideres. Quid mirum etenim ſi plerique nunquam inveniant, quod nunquam quæſierint, ſcopum nunquam contingant, ad quem nunquam collimârint: nec vera bona poſſideant, qui nunquam non adulterinis fuerint intenti, deniq; neceſſaria ignorent, qui non neceſſaria didicerint, & vitam tranſegerint, dum

vitæ inſtrumenta quæſiverunt. Aſpice univerſos, conſidera ſingulos, quotuſquiſq; invenitur, qui puncti hujus, quod vivim⁹, memor, aliquod precium tempori ponat, diem æſtimet, intelligat ſe quotidie mori, & cujus ſtudia, & vita non propendeant in craſtinum? quotuſquiſque invenitur, qui ita ſuæ vitæ, ſtudiorumq́; rationem ſubductam teneat, ut ſemper ſuo ſcopo, ac fini intentus, quod dicitur HOC AGAT, non fluctuet, vagetur, erret? Scilicet ſemper, & ubique nimis verum fuiſſe Senecæ illud deprehendas. *Maxima pars vitæ elabitur malè agentibus, magna nihil agentibus, tota aliud agentib⁹.* Quocirca præclarum ſemper mihi, & ſalutare, ſi quidquã aliud, illud ejuſdem Stoicorum Coryphæi fuit viſum: *Proponas oportet tibi finem ſummi boni, ad quod omne dictum & factum tuum reſpiciat, veluti navigantibus ad certum aliquod ſidus dirigendus eſt curſus.* Quod ipſum, incredibile memoratu, quantum ad vitã, & ſtudia rectè inſtituenda momenti habeat. Errant profecto conſilia noſtra, ſi quo dirigantur non habeant: & ignoranti quem portum petat, nullus ſuus eſt ventus, & fluctuet incertis erroribus oportet. Quare cum infinitis modis errare ſit, rectè agere tantùm uno, à ſcopo aberrare nimis quàm proclive, eundem contingere arduum, & vita adeo noſtra ſit στιγμὴ χρόνου aut ſi quid minus. Cujus flagitioſæ dementiæ fuerit in tantâ temporis penuriâ quærere ſupervacua in tantis errorum, & opinionum tanquam maris fluctibus,



fluctibus, ſcopum, & portũ quem teneas vel nullum, vel falſum tibi proponere? Et quidẽ ex hoc unico malũ illud mortalium generi quod pauci adeo quæ deſiderant, & ſciant, & aſſequantur. Quod profecto malum cum latiſſimè ſerpat, ac ſemper, & ubique nullis non noceat, operæ precium forſitan facturus ſum ſi QVÒ tendendum, & QVÀ pergendum, verum nempe ſtudiorum noſtrorum finem, tibi, cui ex meritô præclarè, & optimè conſultum cupio, paucis aperuero. Præclarè admodũ Proclus in Philoſophiâ Platonis DEVM duobus nominibus exprimere conatur, ubi illum αὐτοάγαθον καὶ τῆς ἀληθείας πηγὴν *bonum ipſum, & veritatis fontem appellat.* Quas ſanè appellationes princeps ille ingenij, & eloquentiæ Plato, ex intimis Philoſophiæ penetralibus, quam εὕρημα τοῦ θεοῦ paſſim vocat, deſumſiſſe mihi videtur. Etenim cum HOMO, in cujus animo SVI, corpore VNIVERSI typum, pater omnium, & creator, ex merâ miſericordiâ exprimere dignatus eſt, ob lapſum illum animi, qui, (ut idem ait) *quia in pennis ſuis gloriari cæpit, alas cõfregit*: & (ut Hermes) *è cœleſtium contemplatione deturbatus, his inferioribus immerſus*, à luce ad tenebras, virtute ad vitia, veritate ad mendacia, idque ſuo arbitratu, abierit; humanior illa doctrina Philoſophia generi mortalium DEI clementiâ conceſſa eſt, quæ nihil aliud quã vitæ lex, quam diæta, & animæ curandæ ratio, quâ in civili hominum conſuetudine hâc, ab extremis

ad medium, diſcrepantiâ ad concentum, tenebras ad lucem, errore in viam reducimur, adeoque ex animalibus homines reddimur. Cum enim mens noſtra duabus potiſſimum polleat facultatibus Intellectu, & Voluntate: illeq; in contemplatione Veri, hæc in inveſtigatione Boni imprimis occupetur, & ob æruginem ex lapſu contractam, hæc à virtute ad vitia, ille à veritate ad errores proclivior, utraque à ſimplicitate illâ medij miris modis deviet, & pro Vero, & Bono, utriuſque fallacem umbram captet: duas quoq; bonitatis ille, & veritatis fons, vitæ magiſtras nobis conceſſit, illam quæ in ſui operis naturæ contemplatione oculos noſtros pluſquã Cymmerijs falſarum opinionũ tenebris, & denſâ ignorantiæ caligine obrutos, erueret, & abſtergeret, iſtam quæ in vitâ, & moribus, ubi corpus imperat animæ, aratrum bubus, voluntatem appetitus ducit, & abducit, rationem ſenſus, corporis ſervitium animi, adſectus rationis imperio ſubijceret. Et ſanè præclara hæc, quæ in nobis forent præclariſſima, niſi carnea moles hæc, & contracta ex lapſu ærugo nos nobiſmetipſis inæquales redderet. Aſt unde homini niſi à DEO? Quare DEO reddatur quod ſuum eſt, & noſmetipſos, & quæcunqne dedit nobis eſſentiam, vitam, ſenſum, rationem, meditationem, actionem, quod ſumus, quod habemus ad DEI gloriam referamus & applicemus. Adeoq; in contemplatione illâ naturæ nihil aliud tibi ſpectandum exiſtimabis, quam



bis, quam creatorem Deum, cuius potentiam, & bonitatẽ, quemque adeo ipſum agnoſcis ex operibus: in vitâ, & actionibus humanis nihil aliud quærendum, quam DEVM ſummum hominis bonum, eumque colere imitando, hoc eſt, ut Seneca ait, piâ rectâque mente, ut Cicero, vitæ ordine, & conſtantiâ. Vtque intelligas aliud tibi nec ſpectandum, nec quærendum eſſe, vel Philoſophorum antiquiſſimos in hoc mecum conſpirantes audi. Iamblichus ille divinus, *veræ Philoſophiæ*, inquit, *finis eſt contemplatio intelligibilis, & æternæ naturæ, id eſt DEI creatoris, vera ratio perveniendi ad divinam illam beatitudinem invocatio ſummi DEI. Propterea quicquid faciendum, aut non faciendũ tibi proponis, ad divinitatem refer: non enim aliam ob cauſam tota hæc vita inſtituta eſt, quam ut Deum ſequamur, cuius cognitio eſt virtus, beatitudo, & ſapientia abſoluta, quæ reddit ſimiles* DEO. Zoroaſtres Nohæ ut creditur nepos, *Properandum nobis eſt*, inquit, *toto corde ad ſplendorem patris, qui mentem infudit nobis*. Mercurius ille verè termaximus Philoſophorum parens *Pater*, inquit, *& creator omnium rerum hominem ſibi ſimilem procreavit, & ab eo agnoſci, & coli ſe vult: Et hæc unica ſalus homini cognitio* DEI, *hæc ad olympum adſcenſio* Ad quem igitur ſcopum collimare, portum appellere, ſidus in turbido hoc vitæ humanæ mari reſpicere debeas, quisquis es, quem juvat, quæ natura parens genuit intueri, & mederi vitijs humanis, veræ ſapientiæ ſtudioſe tenes, DEVM videlicet NOSSE, ET

 SEQVI:

SEQVI: & qui aliter ſentit, malè profectò ſentit, & ſacer eſto. Sed profectò hic operæ precium conſiderare, quam pauci ad gloriam DEI natos ſe arbitrentur, & ut mundi finis homo, ita hominis DEVM exiſtiment. Et deflendum ſanè, quod in tot hominibus, qui ſinguli magnâ illâ obligatione in ſolidum tenentur, multi de eâ ne ſemel quidem toto vitæ tempore cogitent. & qui omnes ratione præditi multi eâ utãtur nunquam, pauci benè. Et inter homines, quid homine rarius? quàm multi beſtiæ, plures Dæmones? Ex humano vero genere, ubi eiuſmodi beſtias, & Dæmonas ſuſtuleris, cui mirum ſi Diogenes ille Cynicus face in meridie accenſâ hominem in confertiſſimâ hominum turbâ quærat? Quidam dum vivunt, planè mortui ſunt, & vitâ præditos ſe non ſentiunt: Alij in voluptatum ſordibus volutantur, feliciores vel ſuâ opinione futuri, ſi in beſtias omnino converterentur, cum illæ liberiori, & jucundiori perfruantur. Alij rationem bono conſilio à DEO immortali conceſſam, in fraudem, malitiamque convertunt, & aciem mentis omnem eò intendunt, vt uxorem alienam corrumpant, virginis pudicitiam expugnent, proximo vi, vel fraude noceant, jus cavillentur, injuriam fucent, familias jurgijs, patriam bello miſceant. At quorſum rurſum mens iſta, in id intenta tantum & attenta, ut noceat? & quid niſi Catoblepæ, aut Baſiliſci oculus, qui & quos intuetur viſu, & ſeipſum



& pro [redacted] convenientius geſt[redacted]. Vt numero dicam, in ſuâ [redacted] quo nihil magis ridicu[redacted] quo docti minus, eo ſuperbi magis, ut nunqu[redacted] ἀμαθία θράσ⊖, κὰς τύφον φέρῃ. Sed compellandi merito tales illo Herodis Attici, ut eſt apud A-gellium, *Barbam & pallium video; Philo*[redacted]*non video*; & hoc: πολλοὶ κυσοφόροι παῦροι. ὁ φοῖβοι. Venio nunc & illos, qui ad virtutis ſtudium animum convertunt, ſed ad ſermonem confugiunt, & optima dicunt, peſsima faciunt: quorum profectò ſi ſermonem ſpectes [redacted] jures, ſin mores conſideres, Cacodæmonas deprehendas, qui nihil niſi DEVM, & virtutem crepãt, ipſi planiſsimè vitijs obruti. Vt cum illorũ vitâ mirabiliter pugnet oratio, & nimio ſatius, illos nihil didiciſſe omnino fuerit. [redacted]

Nec

[redacted] Verum ut ad Philoſophos redeam, quãto præclarius Athenienſis ille, non facundus quidem, ſed factis ſtrenuus, qui cum talem Philoſophum oratione copioſá, & meditatâ multa præclara pollicentem audiret; *viri*, inquit, *Athenienſes, quæ iſte magnificè verbis diſſeruit, ego re faciam.* Et de talibus quidem non invenuſtè Pacuvius: *Odi homines ignavâ operâ, Philoſophâ ſententiâ*; Quod præ foribus templorũ omnium ſcribi debere Philoſophus Macedo cenſebat. At quidam tamen virtutem ipſam amplectuntur:





ctuntur: Verum quotuſquiſque non propter aliud: Hic ut decus, & lucrum conſequatur, ille ut damnum ignominiamve fugiat: Adeoque.

*Ipſe decor recti facti, ſi præmia deſint*
*Non movet & gratis pœnitet eſſe probum.*

O quam multi boni exiſtimantur, quos pravos deprehendas, ſi ſe præ ſe ferant, & oculis eo uſque penetrare detur? O quam multas feras, in hominis corde tanquam in abditiſsimâ ſylvâ latitantes detegas? Si enim rectè quid faciunt, videri volunt? ſi lateant, non fecerint: Si quid mali omittunt, videri metuunt, ſi is metus abſit, quid non deſignent? Tu à juvenum ornatiſsime, non famã, ſed conſcientiam reverere, *& eſſe quam videri bonus mâlis*, & virtutem non verbis, ſed re & factis exerce, quæ unicum ſcopum DEVM ſpectet, ad quem omnia facta, dicta, ſcripta, cogitata tua referas oportet. Etenim *quæ hic bona putantur, perdunt hominem* (ut Plato inquit) *& deteriorem reddunt, nedum bona ipſa ſint, forma hominis flos, robur, riſus, honos, fumus, opes fortunæ luſus, homo, atque adeo quicquid apud homines in precio umbra celer; bonis bonæ illæ poſſeſsiones ſunt malis malæ.* Quare (ut ait Iamblichus) *ut in Myſterijs finis eſt* ἐποπτεία τελετῆς *inſpectio initiationis: ſic veræ Philoſophiæ contemplatio intelligibilis, & æternæ naturæ, id eſt DEI creatoris.* Et ſic donum hoc, & inventũ

DEI Philoſophia, ſacroſanctæ Theologiæ fidiſſimè ancillabitur, minus calumnijs, & blaſphemijs quorundam rudium & importunorum expoſita. Vt ſic exulantes ad DEVM revertamur, ei conciliemur, eum cognoſcamus cognitum colamus piâ rectaq; mente, incipientes in hâc vitâ quod in illâ demum perficietur: hic ſuſpirantes, illuc aſpirantes, ut DEO conjuncti, & aſſimilati illa bona conſequamur, *quæ* (ut ait Empedocles) *nec oculus vidit, nec auris audijt, nec mens hominis unquam ulla penetravit*. Sed quæris tu, juvenum politiſsime, nec fortaſſe ſolus. Quorſum hæc tam putida? tam ἀπροσδιόνυσα? tam ardua, & ſublimia, mox minuta quædam vocabula, & ſyllabas tractaturi? & parum abeſt, quin illud Horatianum in me torqueas: *Parturiunt montes*. Et ſcitè profecto Diogenes, cum reprehenderetur, quod in foro comederet, reſpondit. *Quid abſurdum, ſi in foro comedam, qui in foro eſuriam?* Ego quoque, quæ nulli non profutura, & in quibus omnium ſalutis cardo vertitur, in quibusq; nemo non naufragium patitur, labitur, peccat, quovis loco, & tempore præcipi, & prohiberi, non importunum duxerim. Nam ut taceam, quod modo dicta ſi legeris, & imbiberis, tibi certè in totâ vitâ, profutura, jamdudum tecum communicanda putârim; Hæc quæ deinceps explico, exigua certè, & non magni momenti, nonne vides, qualia ingenia ad ſe rapuerint? ignea profecto, & quæ Prometheus potiore ex luto



luto finxit; Quæ videas, ô damnum dicam, an dedecus noſtri ſeculi? ætatem in Syllabis terere, & toto vitæ tempore diſputare, dicendum ſit Vergilius, an Virgilius, intellego, an intelligo, preimus, an primus: Et ſi quid ocij ab hujuſmodi affanijs ſupereſt, Epigramma aliquod componunt in ἀφροδίτην ἀναδυομένην vel præpoſteræ Veneris laudem, cujus furore etiam non nullus poſtea contabuit. De Deo verò, & ſummo bono loquuntur, vel obiter, vel oſcitanter, vel nunquam, vel malè. Qui profecto ſi divinum illum cœleſtis ingenij impetum ad Optimum hoc converterent, & hunc finem, quem dixi, attenderent, ſibi, & alijs incredibile quantum prodeſſent. Verum Cacodæmonis illius technæ, ut ubique, ita & hic non obſcuræ, qui talia ingenia, vel omnino ad mala convertit, & in omnis generis hæreſes, & errores inducit, vel ſaltem in ineptijs eiuſmodi, & minutis per totum vitæ tempus detinet, quibus parum alijs, nihil ſibi proſunt, Tibi vero Eilharde ſuaviſsime, hoc quicquid eſt, quod alij fuſius integris voluminibus tractarunt, in Epitomē quaſi redactum dico, ut tibi ſcilicet Plauti, Lucretij, & illorum imprimis, ex quibus Latina lingua vera, & pura, lectio facilior foret, & expeditior, nec aliorum commentaria, non ſine tædio, & jacturâ temporis (quod parcè diſpenſandum eſt) conſulenda eſſent: Idque potiſsimum hâc ætate, quâ has delitias, & ingeniorum feſtivitates

tates, puritatis ſcilicet linguæ, & artium liberaliũ ſtudiũ, nemo opinor paullo humanior improbaverit. Modo ad ultimum finem ſemper reſpicias, & memineris illum, non eſſe verborũ congeriem, & diſciplinarum Rhapſodiam, ſed illas maximè ſeveriores literas, quæ mederi adfecto animo, & te ad veram illam Heſychien vel tranquillitatem, quod nomen illud tuum optatiſſimum tibi promittit, perducere, non ſolum delectare poſſint, & ad quas confugiendum tanquã ad aras. Artes autem liberales eſſe, quæ tuum ingenium præparent, non detineant, rudimenta tua ſint non opera; & in quibus tam diu immorandum, quam diu animus nihil majus facere poteſt. Quod ſupereſt optime Eilharde, cum tibi non ſine numine, & munere DEI immortalis cõceſſum ſit, ingenium acre, & verè igneum, inſuper (ut illo Horatiano te compellem)

*Gratia, forma, valetudo, contingat abundè,*
*Et mundus victus non deficiente crumenâ.*

illud te etiam, atque etiam moneo, & hortor, ut quod facis, unicum illud ſtudeas impoſterum, ne, cum nihil tibi deſit, tibi ipſi defuiſſe videaris. Vale. Lipſiâ. Anno 1593.

*Tuus*

ἄνευ δόλου,

*M. Eilhardus Lubinus*
*Oldenburgenſis.*

# AVCTORVM IN HOC OPERE CITATORVM Syllabus.

| | |
|---|---|
| Ac. | Accius. |
| Af, | Afranius. |
| Cæ. | Cæcilius. |
| Caſ. | Caſsius. |
| Cic. | Cicero. |
| En. | Ennius. |
| Fu. | Furius. |
| Lab. | Laberius. |
| Li. | Livius Andronicus. |
| Lu. | Lucilius. |
| Lucr. | Lucretius. |
| Næ. | Nævius. |
| Pa. | Pacuvius. |
| Pl. | Plautus. |
| Pom | Pomponius. |
| Sal. | Salluſtius. |
| Siſ. | Siſenna. |
| Te. | Terentius. |
| Ti. | Titinnius. |
| Tu. | Turpilius. |
| V. | Varro. |

---

| | |
|---|---|
| Agel. | Agellius. |
| Ag. | Agrætius. |
| Aſc. | Aſconius. |
| Ch. | Chariſius. |
| F. | Feſtus. |
| Fr. | Fronto. |
| Ful. | Fulgentius Plantiades. |
| N. | Nonius. |
| Iſ. | Iſidorus. |
| Ser. | Servius. |



A.

Abacti, *magiſtratus qui coacti imperium depoſuere.* F.
Abactor, *fur pecorum vulgo Abigeus.* Iſ.
Abactus, *ab actu remotus.* Is.
Abambulantes, *abſcedentes.* F.
Abarcet, *prohibet,* F.
Abdicare, *rem quamlibet negare.* Pa. N.
Abditivi, *abortivi.* F.
Abemito, *deme, aufer.* F.
Abgregare, *ab grege ducere.* F.
Abietaria, *negotia ab abietibus coëmendis.* F.
Abijſſe *pro adijſſe. dictum.* F.
Abitio *antiquis pro morte.* F.
Abjugat, *ſeparat, alienat.* F.
Abnueo *pro abnuo.* En.
Abnutare, *ſæpe abnuere.* F.
Abolla, *veſtis militaris.* V.
Aboloës, *ab illis.* F.
Aboriatur *pro aboriat.* V. N.
Aborigenes *dicti quod aberrantes convenerint in agrum.* F.
Aborſus, *fit paullo poſt conceptum.* N.
Abortum, *non tempeſtive ortum.* F.
Abortus fit, *cum moritur quod naſcitur-* N.
Abſcondidi *pro abſcondi.* Pl. Cæ. N.
Abſente nobis, *pro abſentibus.* Ac. N. Te.
Abſoni, *ſine ſono.* Cic. N.
Abſpulſus, *ab aliquo pulſus.* Fr.
Accalia, *feriæ Accæ Laurentiæ.* V.
Accedo tibi, *id eſt tecum ſentio.* Ch.

Accenſi, *quaſi accenſiti, attributi. V. N.*

Accepſo *pro accipio. Pa. N.*

Arceſſit capitis, Cic. *pro anquirit, accuſat.*

Accinge, *pro accingere. Po. N.*

Accubitio, *pro accubatio. Cic. N.*

Aceratum, *lutum cum paleis miſtum. N.*

Aceroſus panis, *priſcis, farre minus purgato. N.*

Acerra, *ara ante mortuum poni ſolita, alijs arcula thuraria. F.*

Aceta *in plurali, ab acetum. V.*

Acetare, *agitare. F.*

Acieris, *ſecuris ærea ſacerdotum in ſacrificijs. F.*

Acij, *pro aciei priſci dixêre.*

Acina, *plur. neut. pro acini. V.*

Acherontius *i. capularis ſenex. Pl.*

Acherons ulmorum, *pro ſervo, in quo ulmi teruntur. Pl.*

Aclaſſis, *tunica ab humeris non conſuta. F.*

Aclides, *iacula brevia. Virg.*

Acrimonia, *animi vivacitas. Næ. N.*

Acritas. *Idem. Acc. N.*

Acrumæruma, *utenſilia ampliora. F.*

Aſtioſa ſuſpicatrix, *ab agendo, ut factioſæ, ab una faciendo. V.*

Actuariæ, *naviculæ, quod facilè agantur. N.*

Acupedius, *cui in currendo acumen pedum. F.*

Acus, *exercitus inſtructus acumine telorum. F.*

Adauctavit, *auxit. Ac. N.*

Adagia, *ad agendum apta. F.*

Adagio, *adagium. V.*





Adaſia, *ovis vetula recentis partus. F.*

Adæque *pro æquè. Pl.*

Adaſſo, *pro adegero. Pl.*

Adaxint, *pro adegerint vel adigant. Pl. F.*

Adcenſi, *milites in locum mortuorum ſubito ſubrogati. F.*

Addicere, *adprobare, item damnare. F.*

Addubanus, *Danubius. F.*

Adduce, *adduc. Donat.*

Addues, *addideris. F.*

Ad exitam ætatem, *id eſt ultimam. F.*

Adeſum, *conſumtum. Sis.*

Adfabrum, *fabrefactum. F.*

Adfatim, *abundanter, ad laſſitudinem. Li. Tr. F.*

Adfectat, *pronum animum ad faciendum habet. F.*

Adgregare, *ad gregem ducere. F.*

Adgrettus *pro adgreſſus. En. F.*

Adipatum, *pingue, opimum. Cic. N.*

Adhæſum, *cohærens fortiter. Lucr. N.*

Adhamare, *obligare, ab hamo tractum. Cic. N.*

Adlecti, *propter inopiam ex equeſtri ordine in ſenatorium aſſumpti. F.*

Aditiculus, *parvus aditus. F.*

Adjugare, *adiungere. Pa. N.*

Adjutor, aris, *pro adiuto. Pa. Af. Luc. N.*

Adliveſcit, *liveſcere incipit. F.*

Adlucet, *lucet. V.*

Adminiculavi, *aduvi. V.*

Admiſsivæ aves, *auguribus, quæ conſulentem inherent* F.

Adnicto, *ſæpè & leviter oculis annuo.* F.

Adolabilis, *ſine dolo. En.* N.

Adoleſcentior, *Luxurior. V.*

Adoleſcenturire, *nugas agere luxuriare. Lab.*

Adoleſco, *ab* ἀδολεσχῶ *adcreſco augmenti eſt.* F.

Adoptatitius, *ex adoptato filio natus.* F.

Ador, *edor olim, ab edendo.* F. *Epulis & immolationibus pium putabatur, inde Adorare.* N.

Adorare, *antiquis agere.* F.

Adorea, *laus, gloria, victoria.* F.

Adorio *pro adorior. Næv.*

Adprimus *valde primus. Li.*

Adprobus, *admodum probus. Cæ.*

Adpromiſſor *qui idem pro ſe & alio promittit.* F.

Adquo, *in quantum. Pac.* N.

Adrogat ſibi, *quæ non meruit. Fronto.*

Adrumavit, *rumorem fecit, commurmuratus eſſe, à rumine parte gutturis.* F.

Adſcripti, *dicti qui in colonias nomina dediſſent.* F.

Adſcriptitij, *qui ſupplendis legionibus adſcribebãtur.* F.

Adſcriptivi, *qui inermes ſuccedebant armatis militibus occiſis. V.*

Adſectata fœmina, *vel honorata, vel in extremum periculum adducta.* F.

Adſeſtrix fœm. *ab adſeſſor. Af.* N.

Adſidelæ, *menſæ flaminum ſacrificantium.* F.

Adſipere, *ſapere.* F





Adſita, *cui aliquid ſuſtinendum adiungitur. Horat.* F

Adſpecti *pro aſpectus. Ac.* N.

Adſtaſſent, *ſtatuerunt.* F.

Adtegrare, *integrare, vinum in ſacrificijs augere.* F

Adteſtata fulgura, *quæ iterato fiebant ſignificationem priorum adteſtantia.* F.

Adtritum, *tritum.* F.

Adtubernalis, *habitator continuæ tabernæ.* F.

Advelitatio *iactatatio quædam verborum.* F.

Adverruncare, *avertere. Lu.* N.

Adverruncaſſere *averſurum eſſe. Lu.*

Advocitat, *ſæpè advocat.* E.

Adverſus ſuas, *pro adverſus ſis. Li.*

Advoſem, *adverſarium hoſtem.* F.

Adulatio, *propriè canum. Cic.* N.

Adulter, *adultera, quaſi ad alteram, vel alterum ſe convertens.* F.

Adulterina ſigna, *alienis anulis facta.* F.

Adulterio, *adulter. Lab.* N.

Adytum καὶ ἀνήλιθεσιν *quod adiri raro ſoleat. Agr.*

Aedilis, *qui ædes ſacras & privatas procurat. V.*

Aedis *domicilium in ædito poſitum, ſimplex & vnius aditus.* F.

Aeditimus, *ædis intimus.* F. *Aedem ſervans. Ch.*

Aedituor, *ædem tueor. Pomp.*

Aegrimonia, *ægritudo. Pl.*

Aegrotatio in corpore, *ægritudo in animo. Cic.*

Aegrum *quaſi* ἀνιγρὸν *moleſtum, contriſtans, vel à voce doloris* αι. ἄι. F.

Aemidum, *tumidum.* F.
Aenatores *cornicines.* F.
Aeneolum *ex ære factum.* F.
Aeneſi *dicti comites Aneæ.* F.
Aenulum, *vas ex ære parvum.* F.
Aequilavium, *ex toto dimidium.* F.
Aequidiale, *æquinoctiale.* F.
Aequimentum, *æquamentum.* N.
Aequiter, *æquè.* Pa. Ac. N.
Aera *numeri nota in monetâ eius precium deſignans.* Lu.
Aerariæ *ubi lavatur æs.* V.
Aerarij *tribuni à tribuendo ære dicti.* F.
Aerediruti, *milites quibus propter ignominiam ſtipendium ſubtrahebatur.* F.
Aeribus *plur. ab æs* Luc. Cic. N.
Aerificium, *quod fit ex ære.* V.
Aeroſa, *Cyprus quod in ea plurimum æris.* F.
Aerinas compedes, *pro æreas.* V.
Aerumnæ, *labores oneroſi* ἀπὸ τῦ αἴρειν F.
Aerumnabile, *ærumnoſum.* Lucr.
Aerumnatus, *ærumnis expoſitus.* Pl.
Aerumnulæ, *furcillæ quibus ſarcinæ ferebantur.* F.
Aeruſcare, *æra undique i. pecuniam corradere* F.
Aeſti *pro æſtus.* Pac. F.
Aeſtimata, *pœna quam antiqui æſtimarunt ære.* F.
Aeſtima, *æſtimatio.* F.
Aeſtuaria, *æſtus, quo mare accedit vel recedit.* F.
Aetatem *poſitum pro ſæpe ac diû.* Pl. *longum tempus.* Lucr.

Aeternabilis,



Aeternabilis, *æternus.* Acc.
Aeternare, *æternum reddere.* V.
Aethiopus *pro Aethiops.* L.
Aevitas *pro ætas* V. *vel ævum.*
Aeviternum *qud factum eſt æternum futurum.* V.
Affatim *plus ſatis.* Pl.
Affectare damno, *pro afficere.* Pl.
Agaſones *equos agentes.* F.
Agea, *via in navi, quod in eo omnia agantur.* F.
Aggens *pro agens.* V.
Aggilla *pro anguilla.* V.
Aggutus *pro angulus.* V.
Agina, *foramen in quo trutina ſe vertit.* F.
Agnus, ἁγνὸς *qud ſit hoſtia pura.* F.
Agroſus, *agricola.* V.
Aggredio *pro aggredior.* Pl.
Agnota, *pro agnita.* Pac.
Ajat, *aiant, pro dicat, dicant.* N. *Apul.*
Aibant *pro aiebant.* Ac.
Ajutamini, *pro adiutate.* N.
Alababaſter, *poculum ex alabaſtro.* Cic. N.
Agolum, *paſtorale baculum quo pecudes aguntur.* F.
Agonia, *hoſtiâ ab agendo dicta.* F.
Agonia, *ſacrificia quæ fiebant in mente.* F.
Agonalia, *feſtivitas* DEI *Agonij.* F.
Agones *dicti montes* F.
Agonium, *dies quo rex hoſtiam immolabat.* F.
Agonius *Deus qui præeſt rebus agendis.* F.
Allienſis, *dies erat Romanis obſcæniſſimi ominis.* F.



Alebria

Alebria, *bene olentia.* F.
Aletudo, *corporis pinguedo.* F.
Algeo, *ab* ἀλγῶ *doleo, frigus enim dolorem concitat.* F.
Algus algu, *pro algor & algore. Ac. Pl.* N.
Alites *ab alis.* V.
Alica, Krafftmehl/ *quod alat corpus.* F.
Alicariæ meretrices, *quæ ante piſtrina alicariorum ſedebant.* F.
Aleo, *aleator. Næv.* N.
Alid *pro alud Lucr.*
Alimodi, *aliuſmodi.* F.
Ali rei, *pro alius. Pl.* F.
Aliqui te donabo, *pro aliquare.* Pl.
Aliuta, *aliter.* F.
Allubeſco, *placere incipio.* Pl.
Alludiat canis *i. blanditur.* Pl.
Almities, *habitus almarum rerum.* F.
Altercata eſt, *Paſſivè. Pac.*
Altè ligatus, *ſuſpenſus.* N.
Altellus, *Romulus quod altus in tellure.* F.
Alterás *pro aliás.* F.
Altercatio, *iurgatio.* F.
Alternatio, *per vices ſucceſſio.* F.
Alternatim, *per vices.* N.
Alterplicem, *duplicem.* F.
Alterta, *alterutra.* F.
Alucinatio, *erratio.* F.
Alveolum, *tabula aleatoria.* F.
Am cohibeſsit, *pro eam cohibuerit. Lucr.*





Amaſſo, *amavero.* F.
Amatio, *amor.* F. *Pl.* N.
Ambactus, *idem quod Gallicè Actus. i. ſervus.* F.
Ambagio *ambages.* V.
Ambadedo, *circum adedo.* Pl.
Ambarvales hoſtiæ, *quæ pro arvis ſacrificabantur.* F.
Amburbiales, *quæ circum vrbem ducebantur.* F.
Amburo, *circumuro.* Pl.
Ambaxioqui, *circumeuntes catervatim.* F.
Ambegnæ oves, *quas Iunoni ſacrificabant, geminis ovibus quas pepererant, q. ex vtraque parte oves habentes. Fulg.*
Ambegni *bos & vervex, cum ad eorum utraque latera agni in ſacrificium adhibebantur.* F.
Ambeſt, *ambedit, ut comeſt.* F.
Ambidens, *Bidens.* F.
Ambiegna, *bos augurum, quam circum aliæ hoſtiæ conſtituebantur.* F.
Ambrices, *tegulæ q̃ transverſæ aſſeribus, & tegulis interponebantur.* F.
Ambiturio, *ambio.* F.
Ambo *pro ambos. Af.* Pl.
Amenta, *lora quibus vinciuntur iacula vt mitti poſſint.* F.
Amfractus, *flexus, ab ambitu & frangendo.* V.
Amicinum, *vtris pediculum vel os ex quo vinum effunditur.* F.
Amiciter, *amicè.* N. Pl.
Amjectum, *amictus, circumiectum.* V.
Amites, *perticæ aucupales.* F.

Amnenſes, *urbes ſitæ propè amnem.* F.
Amnis, *quod aliquid ambiat.* V.
Amnis *in fœm. uſi antiqui.* F.
Amolimini, *recedite, tollite.* Terent.
Amoſio, *annuo.* F.
Ampedices, *appendices.* F.
Amplant, *amplificant.* N.
Ampiravit, *motus edidit.* F.
Amplexari, *pro amplecti.* Cic.
Amplexa, *pro amplexare.* Acc. N.
Amuſſim, *regulariter.* Lu.
Ampliter, *magnificè.* F.
Amputata, *pro circumputata, à putum, i. purum.* F.
Amſegetes *dicti, quorum ager viam tangit.* F.
Amtermini, *qui circum terminos provinciæ manent.* F.
Anates, *morbus anuum, id eſt vetularum.* F.
Ancæſa, *vaſa cælata.* F.
Anciæ, *cincinni dependentes prope auriculas.* Iſid.
Ancile, *ſcutum breve & rotundum.* Virg.
Anciſa, *i. circumciſa.* Lucr.
Ancillo, *as,* Ac. *ſervio.*
Anclabris, *menſa miniſterijs divinis apta.* F.
Anclabria, *vaſa ſacerdotum.* F.
Anclo, ἀντλῶ *haurio.* F.
Ancus, *qui aduncum brachium habet, quod exporrigi nequeat.* F.
Ancoræ, *vincula quibus antennæ tenentur.* N.
Ancunulentæ, *dicuntur fœminæ tempore menſtrui.* F.

Andron,



Andron, *domicilium virorum.* F.
Andruare, ἀναδρᾶν *recurrere.* F.
Anellus *parvus annulus.* Cic.
Anfracta *plur. pro anfractus.* Ac. Va. N.
Angeronalia, *ſacrificia Angeronæ.* V. *quæ fiebant cum anginâ omnia animalia infeſtarentur.* F.
Angina, *morbus* συνάγχη N.
Anguſtitas, *anguſtia.* Pac. Ac.
Annicula, *anicella, parva anus.* V.
Anilitas, *ab anu.* Is.
Angulus *ab* ἀγκύλον *vel* ἐγγύς
Anquirere, *circumquærere.* F.
Antæ, *quadræ columnæ.* N.
Antes, *quadraturæ.* N.
Anima fontis, *i, aqua.* Pl.
Anſatus ambulat, *ſuperbè, manibus in latus conditis.* Pl. *vel ſubnixis alis ſe infert.* Pl.
Antefixa, *quæ ex opere figulino tectis adfiguntur ſub ſtillicidio.* F.
Anteurbana *prædia urbi propinqua.* F.
Anthracinus, *niger, ab* ἄνθραξ *carbo.* F.
Antroare, *gratias referre.* F.
Anticipare, *prævenire, antecapere.* V.
Antiæ *muliebres capilli, demiſſi in frontem.* F.
Anticum. *veteribus etiam ianua fuit.* F.
Antigerio, *priſcis valdè.* F.
Antios, *excruciatos.* F.
Antipagmenta, *valvarum ornamenta, antis adfixa.* F.

Antideo,

Antideo, *pro anteeo. Pl.*
Antidhac, *pro antehac. Pl.*
Antipedes, *amicorum obſequia. Agr.*
Antiquare, *in morem veterem redigere. F.*
Antiquari, *obſoleſieri, è memoria tolli. N.*
Antiquius feciſſet, *i. melius. Lu.*
Antiquior, *melior, antiquius optatius. Cic.*
Antiſtare, *præcellere. Fulg.*
Antiſtita, *ſacerdos, fœm. Ac.*
Antlo, *fero,* ἀντλεῖν *Liv.*
Anuis *pro anus. V. Ter.*
Anus *ab annorum multitudine, vel q.* ἄνους *N.*
Anxitudo, *anxietas. Ac.*
Ape, *probibe, compeſce. F.*
Apello *priſcis, pro Apollo. F.*
Aperibo, *aperiam. Pomp.*
Aperta, *Apollo, quia patente cortina reſpondebat. F.*
Apex, *ſacerdotum inſigne. F.*
Apere, *comprehendere vinculo. F.*
Apica, *ovis ventre glabro. F.*
Apiculum, *filum quo flamines velatum apicem gerebant. F.*
Apiſci, *invenire. S. Pl. N.*
Apluda *genus minutiſſimæ paleæ. Na. F.*
Apludæ, *frumenti furfures. N.*
Apluſtria, *navium ornamenta, quod amplius quam neceſſaria. F.*
Apolactiſſo, *calcibus repello, invado.*
Apollinares *ludi in laudem Apollinis. F.*
Appareret, *pro acquireret. Lucr.*





Appetitus *etiam honeſtorum. N.*
Apor, *apud. F.*
Appellitaviſſe, *appellaſſe. F.*
Appetones, *appetitores. Lab. Fu. N.*
Apricari, *in aprico eſſe, N. inde Apricatio. N.*
Aptus eſt, *pro adeptus eſt. Ac.*
Apua *genus minimi piſciculi. F.*
Aquælicium, *cum equa pluuialis remedijs quibuſdam eliciebatur. F.*
Aquagium, *aquæ ductus. F.*
Aquarioli, *mulierum impudicarum ſordidi aſſeclæ. F.*
Aquilex, *aquam colligens. V.*
Aquulus, *aqueus color. F.*
Arabice olet, *i. vnguenta ex Arabia, exotica. F.*
Aranea *q̃ texit, Araneum quod textum eſt, tela. Fr.*
Arbilla, *arvina, pinguedo corporis. F.*
Arbitrabunt. *Pl.*
Arbitrarium, *quod adhuc apud arbitrum geritur. F.*
Arboſem, *arborem, ab arbos. F.*
Arcanum *ab arce in qua tuta, vel arca in qua clauſa omnia. F.*
Arcera, *Plauſtrum ruſticum tectum q. arca. F.*
Arcubiæ, *qui excubabant in arce. F.*
Arcula *avis quæ in ſacrificijs aliquid vetabat. F.*
Arculata, *circuli, qui ex farina in ſacrificijs fiebant. F.*
Arculus, *circulus quem capiti imponebant ad ſuſtinenda commodius vaſa. F.*
Arculus, *Deus tuens arcas. F.*
Architecto onis, *pro Architectus. Pl.*
Arcuma, *genus modici plauſtri. F.*

Arcus *ſuſpenſus ornis, Arquus Iris.* N.
Ardum, *aridum.* Lu. N.
Area, *locus vacuus, quaſi exaruerit.* F.
Ares, *aries.* V.
Arferia, *aqua quæ inferis libabatur.* F.
Argea, *locus illuſtrium Argivorum ſepulturæ.* F.
Argennon, *argentum percandidum.* F.
Argeos *vocabant ſcirpeas effigies, quas veſtales quotannis mittebant in Tibrim.*
Arguere, *oſtendere, patefacere.* Agr.
Argus, *Argivus.* Pl. N.
Argutari, *procaciter obloqui.* En. Pl. N.
Argutari, *ſubſilire.* Fit. N.
Argutum, *ſonans.* Caſſ. Par. Virg. N.
Argutum iri, *in diſcrimen vocari.* F.
Aridus *fragor. Virg. Horrificus, acutus.* N.
Aridum argentum. Pl. *purum.* N.
Arieto pulſo Pl. *cornibus peto.* Ac.
Aruigna, *aries.* V.
Aritudo, *ariditas.* V. N.
Armenta, *quaſi aramenta, boves quibus utimur ad arandum.* V.
Armillum, *vas vinarium in ſacris quod armo portetur.* F.
Armiluſtrium, *feſtum Romæ, quòd armati ſacrificabant.* F.
Armum *in ſing. pro armis.* Acc.
Arnæ caput, *agni caput.* F.
Arquati, *quibus oculi & viſa virent, in arqui ſimilitudinem.* N.

Arquites,



Arquites, *arcu prœliantes, ideſt, ſagittarij.* F.
Arquatus, *morbus regius.* N.
Arrogantia, *etiam in pauperem cadit.* Fronto.
Arrogatio *dicitur, quæ fit per populum.* Gel.
Arſe Verſe, *averte ignem, linguâ Tuſcâ.* Af. N.
Arra, *pro vili. Eſt a. legumen inter piſa nullius precij.* Pl.
Arſineum, *ornamentum capitis muliebris.* F.
Artitus, *bonis inſtructus artibus.* F.
Artivit *pro artavit.* N.
Artua, *pl. neu. pro artus.* Pl.
Artus *ab* ἄρθρα *vel quod membra membris artentur.* F.
Arvigna *aries.* V.
Arvina, *pinguedo cuti adhærens.* F.
Arva æ, arum, *pro arva, orum.* Næ. Pa. N.
Arvas calvitur calamitas, *pro fruſtratur arva.* Pac.
Arvum *dicimus agrum nondum ſatum.* F.
Arx, *ab arcendo.* V.
Aritena, *ſive artena, vas ab hauriendo ita dictum.* F.
Aſparagus, *herba quod in aſpero virgulto naſcatur.* F. V.
Aſpello, *averto.* Pl.
Aſperiter, *aſperè.* Næ. N.
Aſſa, *cantus tibiarum.* F.
Aſſa voce, *id eſt ſola.* V. Cat.
Aſſum, *ſolum.* N.
Aſſæ nutrices, *quod aſſint quos nutriunt.* N.
Aſſecla, *quod aſſit.* N. *ſequitur potentiorem.* Fron.

Aſſedo

Aſſedo, *aſſeſſor.* N.
Aſſenſit, *acquievit.* N.
Aſſerimus manu, *cum libertatem cõprehendimus.* V.
Aſsiduus *pro locuplete.* Pl.
Aſſipondium, *vnum pondus.* V.
Aſſir, *ſanguis.* F.
Aſſiratum *potus ex vino & ſanguine temperatus.* F.
Aſſulatim. Pl. Næ. N.
Aſſum, *quod ardet, quod igne aſſudeſcat.* V.
Aſti, *pro aſtus.* Pa.
Aſtituo, *in locum colloco.* Pl.
Aſtu, *pro aſtutia, providentia: Item civitate ab* ἄϛυ F.
Aſtutia ab ἄϛυ *i. oppido, quod in eo indies reddantur aſtutiores.* F.
Aſtutus, *quaſi arte tutus.* F.
Atanuvium *vas fictile in ſacrificijs.* F.
Atavus, *quaſi tata i. pater, avi.* F.
Attæ, *qui propter vitium crurum aut pedum plantis incedunt.* F.
Attam *ſenem honoris cauſa appellamus eum avi nomine dignantes: Vt & Græci* ἄττα *uſurpant.* F.
Atri dies, *nefaſti.* N.
Atriplexum, *atriplex.* F.
Atrox, *crudum.* Næ. N.
Atque atq; accedit, *pro feſtinè interpide.* En.
Atritas, *nigredo.* Pl.
Attigo, *pro contingo.* Iur. Ac. Pl. N.
Attingem *pro attingam.* F.
Attollo *pro aufero.* Pac.

Avariter



Avariter *pro avarè.* Pl. Ca. N.
Auctarium *quod ſupra pondus iuſtum adijcitur.* F.
Auctio, *emtio, quæ quaſi vendentem augeat.* Fulg.
Aucupaui, *pro aucupatus ſum.* Pl. Tit. En. Ac. N.
Audacia, *ab avidè agendo dicta.* F.
Audacias, *pluraliter dixit* Cato. F.
Audentia *fortitudinis, audacia temeritatis.* N.
Audientiam *fac mihi, pro obedientiam.* Pl.
Audibo, *audiam.* En. Cæ. N.
Auditio *auditus.* Cic.
Audivitavi *ſæpè audivi.* N. F.
Avecta *ſæpè aucta.* F.
Avem ſpecere, *augurum.* V.
Avere, *cum gaudio cupere.* F.
Avernus *q.* ἄορνος *quod eius halitus avibus infeſtus. Vir. Lucr.* N.
Averruncus, *deus qui rebus gerendis præeſt.* V.
Averrunco, *averto.* V.
Augifico, *augeo.* En.
Augur *ab avium garritu dictus.* F.
Augura *pro auguria.* Ac. N.
Auguraculum, *arx vbi augures publicè auſpicabantur.* F.
Auguro, *pro auguror.* Ac. En. Pac. Cic. Vir. N.
Avidus *à non videndo propter nimiam cupiditatem.* F.
Aviarium *locus ubi aves congregantur.* V.
Avillæ *agnæ recentis partus.* F.
Aula *olla.* Pl. V. N.
Aulicoqua *quæ in aulis coquebantur.* F.
Aulæa *genus veſtis peregrinum.* N.

 Auli

Auli *dicti, qui Dijs alentibus naſcerentur.* Valer.
Aureas *frenum dictum, quibus equorum aures religantur.* F.
Aureax, *auriga.* F.
Aurigatur, *moderatur, regit.* F.
Auritus *magnis auribus.* F.
Auſculari, *oſculari.* F.
Auſis, *audeas.* F.
Auſpicavi, *pro atus ſum.* Pl. N.
Auſpicium, *ab ave ſpicienda.* F.
Autumare, *dicere, ſperare.* N.
Autumnitas, *autumnus.* V. N.
Auxiliares, *dicuntur in bello ſocij.* F.
Auxilla, *ova parvula.* F.
Axamenta, *carmina ſaliaria a Salijs ſacerdotibus in omnes homines compoſita.* F.
Axare, *nominare.*
Axe *adglomerati, univerſi ſtantes, i. cohortibus vel legionibus.* F.
Axim *pro egerim* Pac. N.
Axitioſi, *factioſi.* F.

B.

Bacar, *vas vinarium ſimile bacrioni.*
Bacchanal exercere, *inſtar bacchantium furioſè agere.* Pl.
Bacrion *genus vaſis longioris manubrij.* F.
Badius, *genus coloris.* V. N.
Bætere *pro ire.* Pac.
Bajulare, *ferre.* Pl. N.
Bajuli *operarij.* F.

Balæna



Balæna, *à Græco* φαλάινη F.
Balatrones, *blateæ, bullæ luti ex itineribus, quod calciamentorum ſoleis eradicatur.* F.
Balbé, *obſcurè.* V. N.
Balbutire, *cum linguæ hæſitatione trepidare.* Cic. N.
Balneæ *fœm.* Cic. Pl. Cæ. N.
Barathrum *præceps, unde emergi nefas.* F. *item pro inſatiabili homine.* Lucr.
Barbæ, *quadrupedem etiam Servius.*
Barbari, *omnes gentes olim, exceptis Græcis* F.
Barbaricum, *clamor exercitus.* F.
Bardum, *ingenio obtuſum, tardum à* βραδύσ. Pl. N. Cæ. F.
Barrire, *elephantorum.* F.
Baſilice interij, *planiſſumé.* Pl.
Batuo are, *verberare.* Pl.
Bellicrepa, *ſaltatio cum armis.* F.
Bellantur, *pro bellant.* Virg. N.
Bellarium, *bellaria res aptæ bellis.* F.
Bellior, *melior.* Va. N.
Bellitudo, *magnitudo.* V. F.
Belloſum, *bellicoſum.* Cæ. N.
Bellulé, *bellé, bené.* Pl. F.
Bellum *à belluis dicitur.* F.
Bellutus, *beſtiæ ſimilis.* F.
Benedicé *& blandé.* Pl.
Benevolentus *pro benevolus.* Pl.
Benigniter *pro benigné.* Tit. N.
Bes *olim Des, quaſi demto triente.* V.
Bes *quaſi bis triens.* F.

 Betere

Betere *i. ire.* V. *Pac.* N.
Bidental, *templum in quo bidentes ſacrificabant.* F.
Bidental *locus fulmine tactus.* *Fronto.*
Bidentes *quaſi biennes.* N.
Bigenera animalia, *ex diverſo genere, ut mulus, leopardus.* F.
Bignæ, *geminæ binæ una die genitæ.* F.
Bilbitamphora, *eſt ſonitus in vaſe factus.* F. *Næ.*
Billis, *ſemen humanum humi profuſum.* *Afris.* F.
Binomius, *cui geminum nomen.* F.
Bipennis *ex utraq; parte acuta, à pinnis dicta.* N.
Biſeta porca, *è cuius cervice ſetæ variè exſtant.* F.
Biſſellium *ubi duo ſubſellia.* *Var.*
Bitienſes *dicti, qui peregrinantur aſſiduè.* F.
Bviræ, *viduæ* N.
Blandicella, *verba blanda.* F.
Blanditia, *blandimentum.* *Cic.* N.
Blanditer, *blandè.* *Tit.* N.
Blaterare, *ſtultè loqui, à* βλάξ F.
Blaterare, *confingere mendacia.* *Af.* *Cæ.* N.
Blatis, *blateras, confingis, inconditè loqueris.* *Pl.* N.
Blenni, *ſtulti.* *Pl.* F.
Blitea, *inutilis, à blito herba nullius uſus.* *Pl.* N.
Blitum, *genus oleris ſtupidi ſaporis.* F.
Boa, *ſerpens aquatilis.* ὕδρον F.
Boare, *boum eſt, à* βοάω F.
Boarium *forum Romæ, ubi vendebantur boves.* F.
Bocas, *genus piſcis, à boando dicitur.* F.
Bojæ, *genus vinculorum.* F.
Bombitatio, *ſonus apum* βόμβος F.

Botulus



Botulus *genus farciminis.* F.
Bovantes, *boum more clamantes.* V.
Boves Lucæ, *Elephantes* *Lucr.*
Bovinatores, *malitioſi tergiverſatores.* *Lu.* N.
Bovinatur, *calumniatur.* F.
Bount, *boum clamorem edunt.* *Pac.* N.
Boant,, *roboant.* *Virg.* N.
Brachium, βραχίων F.
Braſſica, *à præſecando.* F. V.
Bronci, *producto ore.* *Lu.* N.
Brutum, *hebes, obtuſum.* *Lucr.* *Pa.* N.
Brutum, *antiqui gravem dixere.* F.
Buas, *potio parvulorum.* V. N.
Bubinare, *menſtruo mulierum ſanguine pollui.* *Lu.* F.
Bulbitare, *puerili ſtercore inquinari.* F.
Bubulcitare, *boves curare.* V. *Pl.* N.
Bubleum, *genus quoddam vini.* F.
Bucco, *garrulus, ſtultus.* *Pl.*
Bucculentus, *buccis turgidis.* *Pl.*
Bucæda *vel* bucida, *qui cæditur loris è boum corio.* *Pl.*
Buceriæ, *boum greges.* F. *Lucre.* *Buceriæq; greges.*
Bucerum pecus *de bubus dicitur.* F.
Bulgæ, *ſacculi ſcortei.* F.
Bulimam *Græci magnam famam dixere.* F.
Bura, *pro buris, pars curva aratri poſterior.* N.
Burranica *potio, è lacte & ſapa mixtis.* F.
Burrum, *rufum.* F. *à* πύῤῥος.
Buſteus, *pænè mortuus, nauci.* *Pl.*
Buſtirapus, *Buſtorum ſpoliator.* *Pl.*
Buſtum, *quaſi benè uſtum.* F.

 Buteo

Buteo, *avis boni auſpicij. Plin. raptu vivit.* F.
Buttubatæ, *nugæ. Næ.*
Buxum *neut. pro buxus. Virg. En.* N.

C.

Cachinnat, *ſonum edit, non ſolum de riſu. Ac.*
Cacula, *ſervus militis.* F.
Caculatum, *ſervitium.* F.
Cadamitas *pro calamitas. Iſid.*
Cadmea terra, *quæ in æs conijcitur ut fiat orichalcum.* F.
Caduceatores, *legati pacis. Li. Ca.* F.
Caduceus, *pacis ſignum. V.* N.
Caduciter, *præcipitanter. V.* N.
Cæcultant, *cæcutiunt. Pl.* F.
Cæcum vallum, *dixere, in quo præacuti pali terræ adfixi frondibus occuluntur.* F.
Cædes *a* χλαίνδω. F.
Cælaſſis, *cælaveris.* F.
Cælla, *quod in ea cælentur occulta.* F.
Cæleſtia auguria, *cum fulminat aut tonat.* F.
Cælebs vita, *quaſi cœleſtis.* F.
Cæmentæ, *pro cæmenta. En.* N.
Cæna antiquis, *quod nunc prandium.* F.
Cænacula *ad quæ ſcalis aſcenditur.* F.
Cærimoniæ *ab oppido Cere. alij à caritate.* F.
Cæſar, *quod cum cæſarie natus, vel quod cæſo fuerit.* F.
Cæſariati, *comati.* F.
Cæſicium, *linteolum purum & candidum. Pl.* N.
Cæſo, *ex matris utero exectus.* F. *Serv.*

Cæſtus



Cæſtus *arma pugilum. Ceſtus baltheum Veneris. Serv.*
Calamiſtrũ, *quo calefact⁹ in cinere capill⁹ ornatur V.*
Calamiſtrũ, *Fiſtula brevis, qua ciri continentur.* N.
Calantica, *tegmen muliebre, quod capiti innectitur.* N.
Calaſſis, χλασιριϲ, *tunicæ genus.* F.
Calathos *latini vocant quaſillos.* F.
Calatores ἀπὸ τοῦ καλεῖν, *ſervi, q ſæpé vocentur.* F.
Calbei, *armillæ triumphales, & quibus ob virtutem milites donabantur.* F.
Calces, *ampullæ plumbeæ.* F.
Calces *à calcando i. nitendo.* N.
Calcitrones, *qui infeſtant calcibus.* N. *Pl. V.*
Calicata ædificia, *calce polita.* F.
Caldor *pro calor. V.*
Caldus *pro calidus. Pl.*
Caletur, *pro calidum eſt. Pl.*
Calices, *modus matulæ. V.* N.
Caligaris, *clavis. Chariſius.*
Calim, *clam.* F.
Calyptra *genus veſtis, qua, velabant caput.* F.
Calleo, *callide ſcio, item callo obducor. Pl.*
Callis, *fœm. apud. Liv.* N.
Calliſcerunt, *occalluerunt. Cato.* N.
Calones, *calopodia. Item militum ſervi, quod ligneas clavas gerebant.* F. N.
Calpar, *dolium. V.* N.
Calpar vinum, *à dolio calpar dictum.* F. N.
Calumnia, *malitioſa & mendax infamatio.* N.
Calumnia *pro calliditate. Cic.* N.
Calvitur, *fruſtratur, decipit. Pl. Pac.* N.

 Calvor

*Calvor memet*, *pro fruſtror. Ac.*
Camara *& camuri, boves.* F.
Camara, *cornua in ſe redeuntia. à* κάμπτειν. *Macr.*
Camænæ, *quaſi caſtæ mentis.* F.
Camerum, *obtortum.* N.
Camillus *proprie puer ingenuus.* F.
Campans *pro campanum. Pl.* N.
Canalicolæ, *homines forenſes pauperes, qui circa canales fori conſiſtunt.* F.
Canatim *canum genere & more.* N.
Cancri, *cancelli,* Gittern. F.
Candacus, *ſuavis, manſuetus. V.*
Candelabrum ardentem *in maſc. Cæcil.*
Caniſtella, *dimin. à caniſtrum.*
Candet *ignitum eſt. Cic. Vir.* N.
Candet *candidum eſt.* N.
Canentæ, *capitis ornamenta.* F.
Canceæ *furfures de farre, à cibo canum dicta.* F.
Canes *pro canis. Lu.*
Canitudo *pro canities. Pl.* F. *V.* N.
Cannenſis curſor, *pro piſtore. Titin.* F.
Canta *pro cantata.* F.
Cante *pro canite. V.*
Canum, *vetus, antiquum. Vir. V.* N.
Caperare, *in rugas contrahere, à caprarum frontibus. Pl. V.* N.
Caperatum, *rugoſum. V.* F.
Capidulum *veſtimentum quo caput tegitur.* F.
Capillata vel capillaris arbor, *in qua capillum tonſum ſuſpendebant.* F.



Capita deorum, *faſciculi de verbenis.* F.
Capital *quod ſacerdotulæ in capite habebant. V.*
Capital, *quod capitis pœna luitur.* F. *Capitis periculum.* N.
Capitalis lucus, *ubi caput violatoris expiatur.* F.
Capitarium *æs,* κεφαλαῖον die haubtſumme. F.
Capitium, *quod pectus capit & indutu comprehendit. V.*
Capitia, *capitum tegmina. V.* N.
Capitones, *magno capite.*
Capitulum *dimin. à capite. V.*
Cappæ, *marini equi dicti* ἀπὸ τοῦ κάμπτειν. F.
Capronæ, *comæ ante frontem. Lu.* N.
Capreoli, *cincinni intorti.* F.
Capronæ, *equorum iubæ.* F.
Caprunculum, *vas fictile.* F.
Capſæ *à Græco* κάψα F
Capſit, *cæperit. Pl.* F.
Capſo *pro cæpero. Pl.*
Captus *locus ſacrificijs conſtitutus.* F.
Capulum *quicquid aliquam rem capit.* N.
Capulum. *manubrium gladij.* F.
Capularis ſenex, *Acherontius, capulo proximus.* N. *Pl.*
Carcer *a coercendo. V.*
Carcheſia, *poculorum genera. Vir.* N.
Cardo *regia fœm. N.*
Caricêus *à carie putrilagine vel vetuſtate.* N.
Carinantes *probra obiectantes.* F.
Cariſſa, *vafra. Luc.* F.
Carminari *purgare ut careat ſpurcitia. V.*

Carnales, *ſedules, carnifices.* N. *V.*
Carnaria, *ubi caro vænit. V.*
Carnificinum cribrum, *pro homine ut cribrum virgis perforato. Pl.*
Carnis, *nominativo. Li.*
Carra *neut. Sicen. V.* N. *pro carrus.*
Cartibulum *quaſi gertibulum, vinaria menſa. V.*
Caſaria, *quæ cuſtodit caſam.* F.
Caſcum, *antiquum. V. En.* F.
Caſeus *à coacto lacte quaſi coaxëus. T. V.*
Caſantibus *capitibus in terram deiectis. Pl.*
Caſeum *neut.* Næ. *Pl. Pom.* N.
Caſnar, *ſenex, Oſcorum lingua. V.* F.
Caſſabum *crebro cadens. V.* F.
Caſo *nuto, inclino. Pl.*
Caſſiculum *reticulum à caſſibus.* F.
Caſſila *pro caſſide.* F.
Caſſum *inane.* N.
Caſta mola, *genus ſacrificij veſtalium.* F.
Caſteria *locus ubi hieme inſtrumenta nautica quieſcunt.* F.
Caſtus, *ui, pro caſtitate. V.* Næ. N. *Hinc inceſtus.*
Caſtimonia, *caſtitas.* N.
Caſtitudo *pro caſtitas. Ac.* N.
Caſtra, *æ, pro caſtra orum. Ac.* N.
Caſtrenſi *corona donabatur, qui primus hoſtium caſtra invaſiſſet.* F.
Rotundè, *concinnè, collectè.* Cic. N.
Rotundum, *à rotâ.* N.
Rubidus panis, *pro parum coctus.* Pl.
Ructare, *non ructari dicendum eſt.* Flaccus. F.
Ructaretur *tamen dixit Cicero.* F.
Ructus *à ructando.* Pl. Luc. N.
Rudi, *lapides contuſi.* Iſid.
Ruere, *decipi.* Cic. N.
Ruma, *veteribus mamma.* Cato. N.
Rumen, *pars colli, quâ eſca devoratur.* F.
Rumare, *ruminare.* F.
Rumentum, *abruptio.* F.
Rumex, *genus teli, ſimilis ſpari Gallici.* F.
Rumiferare, *rumoribus ferre.* Pl. N.
Ruminare, *in memoriam revocare.* V. Livius. F.
Ruminatur. V. N.

Rumitant,

Rumitant, *rumigerant.* Næ. F.
Runa *genus teli.* F.
Rumata recidit, *i. pilata vel runâ armata.* En. F.
Ruptias, *ſignificat damnum dederis.* F.
Rurant, *pro ruſticantur.* Pl. V. N.
Ruro in agro, *pro ruror.* V.
Rurſum vorſum, *i. retro.* Pl.
Ruſpantes, *i. ſcrutantes.* Acc.
Ruſpari, *i. crebro quærere.* F.
Ruſſaque vela, *id eſt rutila.* Lucr.
Ruſticatim *pro ruſticè.* Pom. N.
Ruſtum, *ex rubis.* F.
Rutabulum, *à proruendo igni quo panes coquuntur.* F.
Rutabulum *etiam invenitur pro virili membro.* F.
Rutilium *ſignificat rufum; cuius coloris ſtudioſæ etiam antiquæ mulieres fuere, unde & rutulæ dictæ ſunt.* F.
Rutrum *dictum, quia ea harena eruitur.* F.
Rutuba, *perturbatio.* V. *Nunc ſumus in rutubâ.*

## S.

Sabulum, *leviſſimum terræ genus.* Iſid. V. N.
Saccomorus, *Sycomorus ex ſico, & moro.* F.
Sacella, *loca Dijs conſecrata ſine tecto.* F.
Sacerrimus, *maximè exſecrabilis.* Pl.
Sacramentum, *quod iuriſiurandi interpoſitâ ſacratione geritur.* F.
Sacrem porcum, & ſacres porci *dixere.* Pl. F.
Sacres *pro ſacri & ſacræ.* Pl.
Sacrima *muſtum quod Libero offerebant, vini primitias.* F.

Sacrum



Sacrum *ſceleſtum & deteſtabile.* Turp. Afr. Pl. Vir. Luc. V. F.
Sæcla *i. genera.* Lucr.
Sæviter, *pro ſævè.* Acc.
Sævium *pro ſævè.* Afran.
Sagaces, *ſolortis ingenij, unde ſagæ multiſciæ à ſagire.* F.
Sagæ, *mulieres quarum ope viri in amorem fœminarũ incendebantur.* F.
Sagi, *cuius fœmininum ſaga.* Afr.
Sagmina, *dicebant verbenas herbas.* F.
Sagum *plerunque in neut. In maſc. uſi* En. V. N.
Salacia *Dea aquarum & maris.* F.
Salſipotens, *Neptunus.* Pl.
Salſura, *ſuavitas, iucunditas.* Pl.
Salti *pro ſaltus.* Ac. N.
Saltuatim. *Sis.* N.
Salum *undantem dixit* En. *in maſc.* N.
Sambuca. *organi genus.*
Samium, *teſteum.* Luc. N.
Samius, *acutus.* Luc.
Samnites, *ab haſtis dicti, quæ Græcis* σαίνια F.
Sanctitudo, *ſanctitas,* Ac. Tu. Ci. Af. N.
Sancteſcit, *ſanctum fit.* Ac.
Sandapila, *feretrum mortuorum.* Fulg.
Sandaraca, *genus coloris, Græcis Sandix.* F.
Sanguen, *pro ſanguis.* En.
Saniter. Afr. N.
Sanniones. Cic. N. *ſtulti* μωροί
Sangualis avis, *quæ oſſifraga dicitur.* F.

L Saperda,

Saperda, *genus peſsimi piſcis.* F.
Saperdæ, *ſapientes, elegantes.* V. N.
Sapivi, *pro ſapui.* Næv.
Sapſares, *pro ipſares.* En. Pac. F.
Sarcito, *damnum ſolvito.* F.
Sardare, *intelligere.* Næ. N. Pl.
Sardi venales, *alius alio nequior.* F.
Sargus, *genus piſcis Aegyptij.* F.
Sariſſa, *haſta Macedonica.* F.
Sarpiuntur vineæ, *i. putantur,* ſarpta, *putata.* F.
Sarpere, *putare, unde* ſarpta & ſarmenta. F.
Sarra, *Tyros inſula.* F.
Sartè *pro integrè, inde ſartum tectum.* F.
Sas *pro ſuas. En. Verrius.* F.
Sas *pro eas.* Pac.
Satias, *pro ſatietas. Ac. V. Sal. Lu. Ter. Lucr.* N.
Satiatem, *pro ſatietatem.* Lucr.
Satu *pro ſemine.* Ac. N.
Satullem, *pro ſaturem.* V. N.
Scævares, *mala & ſiniſtra.* σκαῖα. F.
*Dixere tamen bonam & malam Scævam.* F.
Scalpurire, *ſcalpere, gallinarum.* Pl. N.
Scandulaca *genus herbæ, fruges implicãdo enecans.* F.
Scapres, *pro ſcabres.* En. Pac. N.
Scaptenſulo, *argentifodina à* σκάπτειν. F.
Scapteſula, *legitur apud* Lucr.
Scaturix, *modus matulæ.* V.
Sceleroſi, *ſcelerati.* Luc. Afr. N. Lucr.
Scenatilis, *vel ſcenaticus, pro ſcenicus.* V. N.
S[illegible]enſas *Sabini equas vocabant.* F.





Schedia *navigij genus, inconditum, trabibus negligenter connexis inde mala Poemata ſchedia vocantur.* F.
Schema *in fæm. Pl. Pom.* N.
Schœniculæ *meretrices propter uſum unguenti Schœni peſsimi.* F.
Scena, *ſive ſacena, dolabra pontificialis.* F.
Scilicet, *ſcire licet perſpicuum eius.* Lucr.
Sciſcito, *ſententiam dico.* F.
Scius *ſecum,* conſcius *cum alijs ſcit.* N.
Sciuntur *pro cognita ſunt.* Cic. N.
Scoppus συρόφιον, *quod ſacerdotes pro inſigni habent in capite.* F.
Scombrus *genus piſcis.* Pl.
Scorpio, *genus teli.* Sall. Sis. N.
Scortes, *pelles teſtium arietinorum, inde ſcorta.* F.
Scorteum pelliceum, *in quod ſagittæ inconduntur.* F.
Scraptæ *nugaces, & viles mulieres, meretrices.* F. N.
Screare, *expuere.* Ter. N.
Scripturarij, *hiſtorici, annalium ſcriptores.* Luc. N.
Scrupi, *aſpera ſaxa, & difficilia attrectatu.* F. N.
Scrupoſus, *difficilis, aſper,* χαλεπός. Lucr.
Scrutillus *venter ſuillus, condito farre expletus.* F. Pl.
Scruto, *ſcrutavi.* Pl. N.
Scurra, *à Græco* σκῶρ.
Scurrile, *vulgare, à ſcurris.* Cic. N.
Scuta, ſcutæ, *pro ſcutum.* Luc.
Scutilum *dim. à ſcuto* F.
Scutrum, *vas, hinc ſcutella.* Pl.

Scutus *pro ſcutum. Turp.*
Scymniq; leonum, *id eſt catuli. Lucr.*
Sebum, *adeps ruminantium.* F.
Seceſpita *culter flaminum, & Pontificum.* F.
Seceſsiones, *narrationes.* F.
Seciderat *pro ſciderat. Ac.*
Secium, *libum quod Seceſpita ſecabatur.* F.
Secluſa ſacra, *quæ Græcis Myſteria.* F.
Secordia, *ignavia, quaſi ſine corde.* F.
Sectarius vervex *qui gregem agnorum præcedens ducit.* F.
Sectio, *perſecutio iuris.* F.
Sector Zonarius, *crumeniſeca. Pl.*
Seculæ, *à ſecando.* Ein Siehell. *V.*
Securicula, *parva ſecuris. Pl.*
Secundæ res, *quod ſequantur ut volumus dicuntur.* F.
Secundare, *proſperare. Vir.* N.
Securus, *ſine curâ.* N.
Secus hoc, *ſignificat habitum, naturam, ſexum. Auſo.* F.
Sedet animo, *pro placet. Vir.* N.
Sediculum, *Sedile.* F.
Seditio, *quaſi ſeorſim itio, cum alij alio eunt Cic.* N.
Sedulo, *ſine dolo.* N.
Sedum, *alij ſadum, alij ſeſuvium: herbæ ſpecies.* F.
Segetem *pro ipſâ terrâ poni aliquoties invenias. Luc.*
Segnitia, *quaſi ſine nixu honeſtorum.* F.
Sequitas *pro ſegnitiâ. Ac. Cic.* N.





Selibra, *ſemodium, libræ & modij dimidium. V.*
Seliquaſtra *genus ſedilium.* F.
Sembella, *libellæ dimidium. V.*
Sementinæ feriæ, *quæ inſtituebantur ut fruges grandeſcerent.* F.
Semis, *ſemodium, ſemuncia ab* ἥμισυ F.
Semones *Dij nec cœleſtes, nec terreſtres habiti. Fulg.*
Sempiternè, *ſemper. Pac.* N.
Sempronia horrea, *cuſtodia frumenti publici.* F.
Senates *dicti qui infra & ſupra Romam habitabant.* F.
Senaculum, *locus ſenatorum.* F.
Senecta *pro ſenectute. Luc. Vir.* N.
Senet, *pro ſeneſcit. Pac.*
Senica nequam, *pro ſenex. Pom.* N.
Semones *dicti novi ex Tranſalpina regione, quaſi* ξενοὶ F.
Senium, *tædium, & odium, à ſenibus quia omnibus tædio.* N.
Senium *ponitur etiam pro malo. Tit.* N.
Senſus *qui ſentiunt,* ſenſa *quæ ſentiuntur.* N.
Sentinare, *ſatagere, dictum à ſentina* F.
Sentinare *periculum ſubtiliter effugere.* F.
Senticetum, *locus in quo ſentes creſcunt. Pl.*
Senticoſa, *ſpinoſa. Afr.*
Seorſus, *pro ſeorſum. Pl. Afr.*
Sepelibile. *Pl.*
Sepiunt, *tenent, impediunt. Afr.* N.
Seplaſium, *unguentum precioſum.* F.
Seplaſiæ *in fœm. V. Pom.* N.
Septivariam, *multifariam.* N.

Septimontrum *diem feſtum vocarunt, quo in 7. montibus ſacrificabant.* F.
Septuoſè, *obſcurè.* Liv. N.
Septuennis, *7. annorum.* Pl.
Sepulchrum *pro ſene.* Pl.
Sequius, *Nihil ſequius, pro ſecius.* V.
Sereſcit *pro ſiccatur, eo quod ſerenitas ſicca ſit.* Lucr. N.
Serilla, *navigia Iſtrica, quæ limo, & ſpartâ condenſantur.* F.
Serium *q. ſine riſu.* Afr. Pl. N.
Serpſit *pro ſerpſerit. Vnde ſerpentes,* ἑρπετά. F.
Serpula ſerpſerit, *pro ſerpens inrepſerit.* F.
Servaſſo, *pro ſervavero.* Pl.
Servientia, *pro ſervitus.* Pl.
Servitritius, *ſervitio tritus.* Pl.
Severiter, *ſeverè, & ſæviter.* Titin. En. Af. N.
Severitudo *ſeveritas.* Pl. N.
Sexcentum *pro ſexcentorum.* Luc. N.
Sibina, *Illyricis telum venabuli ſimile.* En. F.
Sibus, *callidus, acutus.* F.
Siccoculus, *durus, pumiceis oculis.* Pl.
Siccus, *ſobrius.* Pl. Cic. Cato. N. V.
Siciles, *haſtarum ſpicula lata.* En. N.
Siciticum *dictum, quod ſemunciam ſecet.* F.
Sicyonium, *genus calciamenti.* Luc. F.
Sient *pro ſint.* Pl.
Sifilare, *ſibilare, contumelioſè explodere, à* σιφλόω. N.
Signata virgo, *pura adhuc, & integra.* Luc.
Silanos ad aquarum *i. ad aquarum tubulos vel canales.* Lucr.





Silatum, *antiquis ientaculum.* F.
Silere, *verbum fictum ab s. litera, quæ ſilentij nota.* F.
Silicernium *eſt convivium funebre, quod ſenibus exhibetur.* V.
Silicernius, *quaſi ſepulcri ſui ſilices cernens.* Fulgent.
Silones, *quorum ſupercilia prominent:* V. N.
Silo, *qui naſum habet ſurſum verſus repandum. Vnde & galeæ ſileæ dicebantur.* F.
Simavit, *pro depreſſit. Inde ſimi naſi.* Luc.
Similitas, *ſimilitudo.* Cæc. N.
Simitu, *pro ſimul.* Luc. Pl. N.
Simplicitùs, *ſimpliciter.* Pl. N.
Simplones, *convivæ.* Fulg.
Simpludiaria funera, *quibus ludos exhibebant.* F.
Simpulum, *vas parvum inſtar cyathi quo aqua in ſacrificijs libabatur.* F.
Simpulatrices, *mulieres rebus divinis deditæ.* F.
Simulte *pro ſimiliter.* Pl. N.
Sincimia, *cantio ſolitaria.* F.
Singulariâ naturâ, *pro ſingulari.* Turp. N.
Singulum video veſtigium, V. N.
Singulatim, *& ſigillatim, à ſingulis.* Cæc. Cæl. Luc. N.
Siparium, *genus mimici Veli.* F.
Sirempſe, *ſimilis res ipſa.* Cato. F. Pl.
Sis oculis *pro ſuis.* Lucr.
Sis *pro, ſi vis* F.
Siſpitem *i. ſoſpitem Iunonem vocarunt. à* σώζειν. I.

Siticines, *ut tubicines.* N.
Situla, *hydria.* Pl.
Sivis, *pro ſiveris.* Pl.
Sociennus, *pro ſocio.* P.
Sociofraudus, *qui ſocios defraudet.* Pl.
Socrus hic, *pro ſocer.* Næ.
Sodes, *pro ſi audes.* Cic. N.
Sol *quod ſolus appareat. Iſid.*
Sol *quod ſolus ſit.* F.
Solatum, *genus morbi.* F.
Solemnia ſacra, *quæ certis temporibus, annisque fiebant.* F.
Solemnitùs, *pro ſolemniter.* Liv.
Solens ſacio, *pro meo more facio.* Pl.
Solitas, *pro ſolitudine.* Ac. N.
Solino, *pro conſulo.* F.
Solipunga, *genus beſtiolæ maleficæ, quæ acrius pungat fervente Sole.* F.
Solitaurilia, *immolatio trium diverſi generis hoſtiarũ, tauri, arietis, verris, quod hi ſolidi ſint corporis.* F.
Solla, *ſedilia, in quibus ſinguli ſoli ſedere poſſunt.* F.
Sollers, *quaſi ſolius artifex.*
Solle *Oſcis dicitur, quod nobis totum.* F.
Sollex *lana craſſa, vel pecus lana contextum. Tit. Luc.* F.
Solverit *pro ſolitus ſit. Cælius.* N.
Somnorinæ, *quæ in ſomnis videntur imagines. V.* N.
Soniti, *pro ſonitus. Pac.* N.
Sonu *pro ſonitu. Sis.* N.
Sonit, *ſonere, pro ſonat. Ac. En. Pac. Lucr.* N.





Sons *nocens, inſons innocens.* F.
Sonticum, *iuſtum.* F.
Sorditudo *pro ſordibus.* Pl. N.
Sortirent *pro ſortirentur. V. En.* N.
Sortutillus, *venter ſuillus condito farre expletus.* F.
Sos *pro eos. Enn. Sæpè.* F.
Soſpitent *pro ſolvant. En. Pac.* N. F.
Spara *minimi generis iacula, à ſpargendo dicta.* F.
Sparus, *telum agreſte. Vir. Var. Sis.* N.
Spatiatorem, *pro erratorem Cato poſuit.* F.
Specis *pro ſpecubus. Ac.* N. Pl.
Specij *pro ſpeciei dixêre.*
Specio, *pro video.* Pl.
Spectio, *pro aſpectio.* F.
Spectu, *pro aſpectu. Pac.* F.
Specula, *parva ſpes.* Pl.
Specus *in fœm. ſæpiſſ.* F. *En. Ac.* N.
Sperabilis, *qui ſperari poteſt.* Pl.
Speratus *i. ſponſus. Afr.*
Sperem, *pro ſpem. V. ſperibus, ſperes.* N.
Speres *antiqui in plurali. En.* N. F.
Spetile *caro quædam proprij habitus infra umbilicum ſuis.* F.
Spicit, *pro aſpicit. Pl. En. Spexit, Spiciunt.* F.
Spicus *in maſc. pro ſpica.* F.
Spicum hoc, *pro ſpica.* V.
Spinther, *armillæ genus, quo mulieres utebantur brachio ſummo ſiniſtro.* F.
Spintyrnix *genus avis turpis figuræ.* σϖιγθηρίσ F.
Spira *opus piſtorium. Item multitudo hominum. En.* F.

Spiramen, *pro ſpiritus.* *En.*
Spirillum, *barba capræ.* F.
Spiſſum, *denſum.* *Vir.* *Cic.* N.
Spiſſum *tardum.* *Cæ* *Tit.* *Af.* *Pl.* Næ. *Tur.* *V.* *Pac.* N.
Spiſſi gradiſſimns, *tardigradiſſimus.* *Pl.*
Spolior. *pro ſpolio. Sis Afr.* N. *Agrum exſpoliabantur.*
Spurcum *vinum aquâ admixtâ, vel igni tactum.* F.
Spurcidicus. *Pl.*
Spurcus, *ſævus, ſanguinarius.* *Luc.* *V.* N.
Squallido *pro ſqualore.* *Ac.*
Squallitudo, *pro ſquallore.* *Ac.* N.
Squallitus *pro ſquallore.* *Ac.* N. *Luc.*
Squale periret, *pro ſqualore.* *V.* N.
Squalus, *pro ſqualidus.* *En.*
Stabilimen, *firmamentum.* *V.*
Stagnum, *à Græco ϛαμνόν.* *V.*
Stalagmium, *genus inaurium.* Cæ. F.
Stata ſacrificia, *quæ certis fiebant temporibus.* F.
Statuliber, *qui teſtamento, certis conditionibus ſtatuitur liber.* F.
Status dies, *iudicij tauſſa conſtitutus.* F.
Stega *navis tabulatum in quo nautæ ambulant.* F.
Stinguique calorem, I. *extingui* *Lucr.* *Idem Stinguere, pro exſtinguere.*
Stiris mulier: ϛεῖρα, *ſteritis.* F.
Stipatores, *latrones, cuſtodes corporis.* F.
Stimulatrix. *Pl.*
Stirps *in maſc.* *Li.* *En.* F. *Pac.*
Stlata, *genus navigij latum.* F.

Stlembus



Stlembus, *gravis, tardus, piger.* *Luc.* F.
Stlitem, *pro litem. Stlocum pro locum dixeru.* F.
Strabones, *vel ſtrabi, oculis diſtortis.* *Cic.* *V.* *Luc.* N.
Strabo *& ſtraba, ut leo & leæna.* *V.*
Strebula, *Vmbris erant partes carnium ſacrificatarum.* F.
Strena, *quod datur die religioſo boni ominis gratiâ.* F.
Strepiti *pro ſtrepitus.* *En.* N.
Strictim. *Cic.* *Sall.* N.
Stricturæ, *ſcintillæ de ferro ferventi micantes.* *Vir.* N.
Strigæ, *al.* ſtriges, *ordines rerum inter ſe continuatæ.* F.
Strigores, *denſarum virium homines.* F.
Strigoſus, *morbus iumentorum, quod corpora ſtringat.* F.
Stringor aquai, *pro frigus, quo aqua conſtringitur.* *Lucr.*
Stritare dicitur, *qui ſiſtit ægrè.* *V.*
Stritavus, *tritavus, antiquis.* F.
Stroppus, *ſtrophium inſigne ſacerdotum, alij coronam vocarunt.* F.
Struere *antiquis augere.* F.
Strues, *genera liborum, digitorum coniunctorum non diſſimilia.* F.
Struices, *extructiones omnium rerum.* *Pl.* *Liv.* F.
Struppi *in pulvinaribus faſciculi de verbenis, qui Deorum capitibus imponebantur.* F.
Strutheus *obſcæna pars viri, à ſalacitate* ϛρουθοῦ. F.

Stultilo-

Stultiloquium. *Pl.* Stultividum. *Pl.*

Stuppa, *linum impolitum.* F.

Stuprè, *pro turpiter.* F.

Suadted, *idem quod ſic te.* F.

Suaſus color, *ex ſtillicidio in veſte albâ fumoſo.* F.

Suatim, *ſuum genere, & more.* *Nig.* N.

Suavio, *oſculor.* Næ. *Po.* N.

Suavitudo, *ſuavitas.* *Pl.* *Tur.* N.

Subare ὀργᾶν *eſt fœminarum libidine ardentiū.* *Luc.*

Sub vos placo, *pro ſupplico.* F.

Suberies, *arboris genus, ex quâ cortex natatorius detrahitur.* F.

Subcuboneus, *ſuccuba.* *Tit.* N.

Subices, *pro ſubiectis.* *En.* F. *Nonius ſubijces legit.*

Subiti, *repentini.* *Ac.* N.

Sublabrare, *cibum intra labra mittere.* Næ. N.

Sublatum *erudijt, pro ſuſceptum.* *Vir.* N.

Subleſtā, *infirma tenuia, q. ſublæſa.* *Pl.* F.

Subleſtum, *leve, frivolum.* *Pl.* F.

Sublevit os, *illuſit, decepit.* *Pl.* N.

Subligaculum, *quo pudenda teguntur.* *Cic.* N.

Sublimis ſperibus, *pro ſublimi ſpe à ſublimus. a. am.* *Ac.* *Sal.* N.

Sublimavit, *in altum extulit.* F.

Sublucare arbores, *ramos earum amputare, & velut ſubtus lucem mittere.* F.

Subſipit, *quod non plane ſapit.* V.

Subicula flagri, *qui ſemper flagris ſubiectus eſt.* *Pl.*

Subijcilo, *as, ſubigo ſuppono.* *Pl.*

Sublecto, *ſublino blandītijs.* *Pl.*

Sublimo



Sublino *decipio.* *Pl.*

Subnixis alis, *pro ſublatis lacertis.* *Pl.*

Subrumantur hædi, *cum ad mammam admoventur.* F.

Subſcus, *udis, tabella, quâ tabulæ inter ſe configuntur.* *Pac.* F.

Subciſivum, *ſecundum, ſequens.* *Lucr.* *Cic.* N.

Subſillæ, *lamellæ, ſacrificijs neceſſariæ.* F.

Subſtillum *tempus ante, & poſt pluviam cum adhuc ſtillat.* F.

Subtemen, *quod ſubit ſtamini.* F.

Subſulto, *à ſalto,* *Pl.*

Subucula *genus veſtis.* F. N.

Subucula *libi genus, ex halica, oleo, melle.* F.

Subverbuſta, *veribus uſta.* F. *Pl.*

Subulo, *Thuſcis tibicen.* *En.* F.

Suctu, *pro ſucco.* *V.* N.

Succerda, *ſtercus ſuillum.* *Tit.* F.

Succidanea hoſtia, *quæ ſecndo loco cædebatur.* F.

Succidia, *à ſuibus contidendis.* *V.* N.

Succidium, *ſucceſſio neceſſaria.* *Cic.* N.

Succingulum, *baltheum dixere.* F.

Succrotillâ voculâ, *i, tenui, & alta.* *Tit.* F. *Ac,* *Luc.* N.

Succuſſare, *ſurſum frequenter excutere. Hinc equus Succuſſator, & Succuſſor.* *V.* *Luc.*

Sudiculum, *flagrum quo vapulantes ſudant.* F.

Sudum, *quaſi ſine udo, ſiccum.* F. *Pl.*

Sufes, *dictus Pœnorum magiſtratus,* F.

Suffibulum, *in capite Veſtalium, quod fibula comprehendebatur.* F.

Suffiſcus

Suffiſcus, *folliculus teſtium arietinorum, quo utebantur pro marſupio.* F.
Sufflare in aurem alicui, *i. dicere.* Pl.
Suffuerat, *pro ſub eodem tecto fuerat.* F.
Suffundatum, *ſubiectum; dictum à fundamentis.* Var. N.
Suggrundia, *ſepulcra infantium, quæ nondum dies 40. implerant.* Fulg.
Sugillare, *occludere.* V. N.
Suipte, *pro ſui.* Pl.
Sulcus, *ab* ὄλκος. F.
Sultis, *pro ſi vultis.* F. Pl. Cato.
Sum, *pro eum.* F. En.
Sumanalia, *liba farinæ in modum rotulæ facta.* F.
Sumanus, *Pluto.* Pl.
Sumen, *mamma, à ſugendo.* Luc.
Summates *dicuntur viripotentes.* Fulg.
Summuſſi, *murmuratores à ſummuſſo i murmuro.* Næ. F.
Sumti, *pro ſumtus.* Pl. Tur. Cæ. V. Luc. N.
Sunat, *deprimit.* Luc. N.
Suopte, *pro ſuijpſius.* F.
Supat, *ſignificat iacit, hinc diſſipat, obſupat.* F.
Supellectilis, *in nominativo dicebatur.* F.
Superbiloquentia. Cic. N.
Superbiter, Afr. Næ. N.
Supercilium *quod ſupercilium. i. integumentum oculorum ſit.* F.
Supereſcit, *pro ſupererit.* En. F.
Superſtitent, *ſolvent.* En. N.





Superſtitare, *perpetuo manere.* Pl.
Superſtitioſa, *fatidica Dæmone agitata.* Pl.
Superrimum, *pro ſupremum.* V.
Supervacaneum & ſupervacuũ, *dicitur.* F. N. Cic.
Supervaganeæ, *quæ in ſublimi vagantur aves.* F.
Superus, *ſic inferus.* Livius.
Supparus, *induſium, vel camiſia puellarum.* F.
Suppernati, *quibus femina ſunt ſucciſa in modum pernarum ſuillarum.* F.
Suppilare, *involare, furari, rapere, à pilo rum raptu.* Pl. Cæ. Pom. N.
Supplantare, *ſub pedem ponere.* Luc. Cic. N.
Supplicia, *pro ſupplicatione.* Sal. Ac.
Suppremum, *ſignificat ſummum, extremum, maximum.* F.
Suppromus, *qui aliquid promit.* Pl.
Suppum, *dixere priſci pro ſupinum.* F.
Surremit, *in manu haſtam ſumſit.* F.
Surpere *i. ſurripere.* Lucr.
Surpuit, *i. ſurripuit.* Pl.
Surremſit, *ſuſtulerit.* F.
Surus, *cuius dim. ſurculus.* F. En.
Suſcitabulum, *incitamentum.* V. N.
Suſq; deq;, *ſignificat plus minusve.* F.
Sutela *aſtutia, dolus, à ſuendo. Inde conſuti doli* Pl. Fulg. F. V.
Sutrinæ, *à ſuendo.* V. N.
Sycophantioſè. Pl.
Symbolum quem. Pl.
Synceraſtum, *omne edulium antiquo vocabulo Græco.* συγκεράστον.

Syngrapha, *fæm. Cic, Syngraphus, maſc. Pl.* N.

T.

Tabellis, *pro chartis utebãtur priſci, hinc Tabellarij.* F.
Tabernas *priſci omnia ædificia vocabant quæ ſunt popularis uſus. V.* N.
Tablinum *locus proximus atrio, à tabulis dictus.* F.
Tabificabile, *tabificum. Ac.* N.
Tabus *eſt viventis ſanguinis. Servius.*
Tædulum, *faſtidioſum.* F.
Tæpocon *Græcis erat genus ſcribendi deorſum verſus.* F.
Tagax, *furunculus à tangendo dictus. Lu.* F.
Tagit, *ſimplex eſt, à quo attigit, contigit,* F.
Talaſſio *in nuptijs ſignum erat lanificij. V.* F.
Tale, *pro talis, apud Titin.*
Taleæ, *præſegmina, & ſciſsiones lignorum. V.* N.
Talia, *folliculum cæparum.* F.
Talifragium *fractio tali. Pl.*
Talipedare, *vacillare pedibus, & quaſi talis inſiſtere.* F. *Lucr.*
Talus *prænomen erat Sabinorum.* F.
Tam, *pro tamen. Vſitatiſs. En. Tit.*
Tama, *tumor pedum ex labore viæ.* F.
Tame, *in carmine poſitum pro tam.* F,
Tamina, *uva Sylveſtris.* F.
Tamen, *pro tandem. Pac.*
Tamne, *uſque adeone. Afr.* N. F.
Tandem, *pro tamen. Tit.* N:
Tapete, *in genere neutro. Cæc,*
Tapulla, *lex quædam de convivijs.* F. *L.*

Tardi-



Tartitudo, *pro tarditas. Pl. As.* N.
Tardities. *Ac.* N.
Tardor, *pro tarditas. V.*
Tartarino, *pro horrendo, & terribili. En.* F.
Tauræ, *dictæ vaccæ ſteriles.* F.
Taxat, *& taxatio à tangit.* F. *Taxatores, calumniatores.* F.
Taxim, *ſenſim, vel occultè. Pom.* N.
Tegetes, *à tegendo.* N.
Tegillum, *cucullmiculum è ſcirpo.* F.
Tela diei, *i. radij ſolis. Lucr.*
Telum, *à τηλόθεν quod ijs eminus pugnetur.* N.
Temeriter, *pro temerè. Ac.* N.
Temeritudo, *pro temeritas. Pac.* N.
Temerius, *Ac.* N.
Teminare *eſt violare, unde contaminare.* F.
Tempeſta. *pro tempeſtiva.* F.
Tenacia, *perſeverantia, duritia, unde pertinacia.* N.
Tenebriones, *ut nebulones. Afr. V. Manius.* N.
Teneritas, *Cic.* N.
Tentæ, *ſortium Deæ credebantur, quæ tenendi haberent poteſtatem.* F.
Tenſa *vehiculum argenteum, quo exuviæ Deorum ludis circenſibus in circum, ad pulvinar vehebantur.* F.
Tentipellium, *genus calciamenti.* F.
Tenus, *gn. neut. Laqueus dictus à tendicula. Pl.* N.
Termentum *pro detrimentum. Pl.* F.
Termonem, *Ennius terminum dixit.* F.
Terras *filij pro terræ. Næv.*
Terra *dicitur quod teritur. V.*

M Terſus

Terſus dies, *pro ſerenus.* F.
Terriculæ *fœm. Terricula neut.* *Ac.* N.
Terta, *pro terſa.* *Cato.* *V.* N.
Teſca *loca augurio deſignata.* F.
Teſca *loca ardua, & acceſſu difficilia.* F. *Cic.*
Teſta *fæm. ſæpe etiam in neut.* N.
Teſtatim, *minutatim, à teſta.* *Pom.* N.
Teſticulari, *iumentis maribus fœminas, & contra admovere.* F.
Teſtuca *ancilla libera facta.* *Pl.*
Tetinerit, *pro tenuerit.* *Pac.* *Ac.* N. F.
Tetiniſſe, *pro tenuiſſe.* *Pac.* *Tetini pro tenui.* F.
Tetret, *fædet, polluat.* *Pac.* N.
Tetrica, *ſevera.* *V.* *Virg.* N.
Tetritudo, *Acc.* N.
Tetulit *pro tulit.* *Ac.* *Cæc.* *Ter.* *Non.*
Thaleæ *nomen ab ætatis flore,* ἀπὸ τοῦ θάλλειν. F.
Thiaſitas, *ſodalitas.* F.
Thræces *gladiatores, à ſimilitudine parmularum Thracicarum.* F.
Throcum, *genus ſellæ apud* *Pl.* F.
Tiburcinor, *raptim voro.* *Pl.*
Timendum pœnas, *pro timore oportet.* *Lucr.*
Timefacta, *perterita.* *Lucr.*
Tiburcinor, *raptim voro.* *Pl.*
Timos, *pro timor.* *Næ.*
Tinæ *vaſa vinaria.* *V.* N. *Tinia idem.* *V.*
Tinnis nimium, *acutè clamas.* F.
Tis, *pro tui.* *Pl.*
Titani, *pro Titanes.* *Næ.*

Ttinare,



Titinare, *tinnitum ædere.* *Næ.* F. *Titinnire idem. Afr.* *Nig.* N.
Tippula *araneus aquatilis.* F. *Ponitur pro re leviſſimâ.* *Pl.*
Titivillitium, *nullius omnino ponderis, & valoris.* *Pl.* F.
Tituli *quaſi tutuli, milites dicti à tuendo patriam.* F.
Todi *genus avium parvarum.* *Pl.* F.
Tolenna, *genus machinæ, quâ trahitur aqua.* F.
Toneſcit, *pro tonat.* *V.* N.
Tongere, *noſcere, tongitio notio Præneſtinis.* F.
Toles, *tumor in faucibus, cuius dim. Tonſillæ.* F.
Tolutim, *volubiliter, citò.* *Pl.* *Næ.* *Lu.* *V.* *Pom.* N.
Tolutiloquentia, *volubilis loquentia.* *V.* N.
Tonimus *pro ſonamus.* *V.* N.
Tonſa, *remus.* *En. referunt ad pectora tonſas.* F.
Tonitra, *pro tonitrua.* *Ac.*
Tonſus, *pro tonſura.* *Pl.* *Ac.* N.
Torperavit, *torpefecit.* *Turp.* N
Topper, *cito.* *Næ.* *En.* *Pac.* F.
Toral, *torialum, ſtragulum.* *V.* N. *Torale. idem.* *V.*
Torculum, *torcular.* *V.* N.
Tormines, *morborum genera torqueant.* *Cic.* N.
Torpedo. *Sal.* N.
Tortor, *pro torqueor.* *Pom.* N.
Tortum, *pro tormentum.* *Pac.* N.
Torrens, *participium, & nomen eſt.* F.

 Torridare

Torridare, *comburere.* N.
Torrum, *torridum, aridum.* F.
Torvitas, *à taurorum ferocia.*
Torviter, *Pom. En.* N.
Toti familiæ, *pro totius.* *Afr.*
Tractim, *ſenſim.* *Pl.* N.
Tragula, *genus teli, quod ſcuto infixum trahatur.* F.
Tragus, *genus conchæ mali ſaporis.* F.
Traloquor, *quaſi trans narro.* *Pl.*
Traniæ putridæ, *res nullius precij.* F.
Tranquillare, *quietem reddere.* *Pl.*
Tranſennæ, *pro dolis.* *Pl.*
Trapetes, *molæ oleariæ à τρέπω verto.* *V.*
Trepit *vertit à τρέπω: unde trepido, quia turbatione mens vertitur.* F.
Treſsis *quod eſt trium aſſium.* *V.*
Tresviri, *pro triumviri.* *Pl.*
Tribulum, *in neut. pro tribulâ.* *V.* N.
Tributum, *à tribubus.* *V.* *vel quod tribuatur è privato in publicum.* F.
Tricæ, *ſunt quibus pulli gallinacei pedes involvunt.* N.
Trichinum, *tardum, & impeditum. Item ſiccum.* *V.* N.
Tricones, *moroſi, & ad reddendum duri. Luc.* N.
Trifex, *telum longum tres cubitos, quod catapulta mittitur.* F. *En.*
Triquetra, *triangula.* *Lucr.*
Triſtem haruſpicem, *pro doctum.* *V.*
Triſtitias, *dixit.* *Pac.* *Tur.* N.
Triſulcum *fulgur dicitur, nam incendit, vel adflat, vel terebrat.* F.

Trita



Trita ſolo, *i. trita pede, vel planta pedis. Lucr.*
Tritonia *Minerva à Tritone fluvio.* F.
Trua, *cuius diminitivum trulla.* *V.*
Trudus, *idem quod trulla.* F.
Trugeo *noſco, trugitio notio.* *En.*
Trulleum *quo manus perluuntur.* *V.* N.
Truo, *Onocrotalus.* F. *Vſurpatur pro homine ingentis naſi.* *Cæc.*
Tryga *antiqui vinum appellabant, unde trygetus adhuc dicitur.* F.
Tuatim, *i. tuo more.* *Pl.* N.
Tubiluſtria *dies in quibus agnâ tubas luſtrabant.* F.
Tuburcinari, *raptim manducare. Tit.* *Pl.* *Tur.* N.
Tuceta, *eſcæ regiæ.* *Callim.* *Fulg.*
Tudiculare, *commovere.* *V.*
Tuditantes *negotium agentes.* *Lucr.* N.
Tuditantia *i. tondentia.* *Lucr.*
Tudites, *mallei à tundendo.* E.
Tumulti, *pro tumultus.* *er.*
Tunica, *ut induca.* *V.*
Tunicare, *veſtire.* *V.* N.
Tuor, *video, tueor defendo.* N.
Turba, *æ, pro turbis, & turbatione.* *Ac.*
Turbellæ, *turba.* *Pl.* F.
Turpari, *à turpitudine.* *Cic.* N.
Turget, *pro iratus eſt.* *Pl.*
Turpilucricupidus. *Pl.*
Tatanus & Tutilla, *Dij à tuendo.* *V.*
Tutant, *pro tutantur.* *Pl.* *Næ.* *Pom.* N.
Tutum ſub ſede fuiſſent. *En. pro maximè.* E.

M 3 Tympa-

Tympanotriba, *homo ignavus.* *Pl.*

V.

Vacivus, *vacuus.* *Pl.*

Vadatus, *obſtrictus, ſub fideiuſsione ambulans.* F.

Vagas, *pro vagaris.* *Omnes ferè.* N.

Vagor, *pro vagitu.* *En.* F. *Lucr.* *N.*

*Miſcetur funere vagor.*

Vagulatio, *queſtio cum convitio. in 12. Tab.* F.

Vaha, *deridentis vel indignantis.*

Valentia, *fortitudo.* *Næ.* *Tit.* *N.*

Valentula, *valida.* *Pl.*

Valetur, *vt valetur?* *Pl.*

Valgi, *qui diverſas ſuras habent, è contrariò Vari.* F. *Næ.* N.

Valgia, *labiorum obtortiones.* *Pl.* *Fulg.*

Valgiter, *obtortis labris.* *Petr.* *Arb.* *Fulg.*

*Inde Valga ſuavia.* *Pl.*

Valleſcit, *perierit.* F.

Valvuli, *folliculi fabæ.* F.

Vanans, *fallens.* *Ac.* N.

Vanitudo, *vanitas.* *Pl.* *Pac.* N.

Vannere, *eſt ventilitare legumina, item per metaph. laſcivè clunes movere in coitu.* *Luc.* *V.* *N.*

Vapos, *pro Vapor.* *Næ.* *Ac.* N.

Vari, *obtortis plantis.* *Luc.* N.

Variantia, *pro varietas.* *Lucr.* N.

Vaſta urbs, *pro vaſtata.* *Acc.*

Vaſteſco, *inhorreſco, vel deſeror.* *Ac. Cic. Sal. V. N.*

Vaſtitas, *vaſtatio, deſertio.* *Ac.* *V.* *N.* *Cic.*

Vaſtities, *idem.* *Pl.* *N.*

Vaſti-



ſeipſum reflexione enecet? Verum de talibus jam mihi dicere non propoſitum hominibus, certè illo nomine indignis; quos nō ratione ſolum carere, ſed & ſenſu pariter videmus: Quid vulgus Sapientum ſentiat, paucis age conſideremus. Et profectò hic, rideámne an indigner? videre, alios vento ſe inflare, alios terrâ obruere: alios, inquam, honores alios opes ſpectare, alios alias nugas. At quid te Philoſophe miſerius? quem ventus, aqua, ignis, & quid non? uno quaſi momento, miſerijs obruat, & felicitatē adimat, lutum inquam illud paullo mundius opes, quæ plures deteriores, quam meliores reddiderunt, & *quæ in multos incidunt*, ut Seneca ait, *quomodo denarius in cloacam*, quarumque deſiderio, licet abundes, torquearis ſemper, ſatieris nunquam. Et quid de te Philoſophe minutule ſtatuendum, qui videre ſis oculos, quos debebas in cœlum erigere, in cœnum defigere, qui prodigi illius exemplo ſiliquis inhies, de paternâ hæreditate tam opimâ, ne cogites quidem? Et cum te alij, te ipſe moneas: *Nemo DEO dignus, niſi qui opes contemſit:* Et.

*Aude hoſpes contemnere opes, & te quoque dignum*
*Finge DEO.*

ad eas tamē toto animo, & malis ſæpe artib⁹, nullâ ſuadénte Philoſophiâ, feraris. Malè miſer cum illis opibus pereas, qui ex liberalib⁹ artib⁹ ſordidas, liberis ſerviles, caſtis meretrices effeceris, Alios ambitio inſomnes detinet. At verè infelices, quorū felicitas ex vulgô quē calcāt, & ex altô deſpiciūt, depēdeat; miſerrimos, qui ut Ixiō nebulā,

 aut

aut fumum captent, aut ſi quid vanius. Et tamen velut vanos utres ventus diſtendit, ſic opinione hâc tu vanior turges. At quantulo tempore, ni laxior reddare, diſrumperis, ſi nimium tollaris, Icari, aut Phaëtontis flebilem illum caſum imitaris, non ſine riſu fortunæ luſum hunc ſpectantium. Nõ dico jam quibus torqueare, dũ aut invideris; aut invides, pateris aut infers, premeris, aut premis, & quod tormentorum illorum fructum nullum habeas, quem non peſsimus prævertat ſæpiſſimè. Atque hæc adeo omnia quid, niſi Sodomorum poma? quæ oculis adulantur, appetitum pungunt, ſi dentem infigas, in fumũ, & fuliginem ocyus abeunt, & mera venena ſpirant. Talia captant illi malè docti, qui in imperijs, Rebusp. aulis, primas tenent, de DEO verè ſummo bono plerunque ſecuri. Nonnulli vero mentis oculos altius aliquantulum ſuſtuliſſe videri volunt. At quanto, & quid vident? Vt verbo dicam: *ad ſolem noctuæ*. Et ſcientia noſtra, quota ignorantiæ noſtræ particula? & ſapientia, quota vanitatis? Et quo quis plura didicit, hoc minus ſe ſcire ſentit, & alius ſe omnino nihil ſcire, alius ignorantiam ſuam ſe didiciſſe confitetur. Nempe in ſuperficie hærent, ad intima nunquam penetrãt, in aditu verſantur, ad adyta nunquam pertingunt. Egregiè tamen multi ſe ſuo munere perfunctos, doctos, & bonos arbitrantur, ſi multa cognoſcãt, optima loquãtur, adeoq; τὸ γνῶναι τὰ δέοντα καὶ, ἑρμηνεῦσαι ταῦτα illud *Sapere*, *& Fari*, quodammodo aſſecuti ſint. Et aliqui quidem in minutulis illi τεχνίοις Grammaticis, Poëticis, Dialecticis, Rhetoricis, Phyſicis, Mathematicis, præceptis, inquam, & Syllabis conſeneſcunt, & bonum vitæ tempus terunt. Altius tua ſtudia quid ſpectent; hæc enim puſilla, & puerilia tantum abeſt, ut bonum faciunt, ut ne promittant quidẽ, nec ipſa revera bona ſint. Nullum enim horum metum demit, cupiditatem eximit, libidinẽ refrenat, ad virtutem viam ſternit. Et Diogenes quidem, cum videret cantorem quendam vitâ, & moribus flagitioſum, aptare Pſalterium: *Non te tui pudet*, inquit, *qui ſonos ligno aptare nôris, vitam ad rectam rationem componere neſcias.* Quid vetat, eodem prorſus modo Philoſophos hos irridere? Quid prodeſt te ſcire Vlyſſis mala, ſi tempeſtas animi, & nequitia te jactet, & in omnia Vlyſsis mala impellat. Quid attinet ſcire, an Penelope pudica fuerit, ſi tu impudicus flagitiosè vivas? Quid juvat in verbis te multa ratione colligere, ſi in vitâ, & factis ratõie non utaris? Quid de virtute, & honeſto, multa copiosè, ſplendidè, & eleganter dicere, ſi vitiorum ſordibus totus inquineris? Quid ſcire quomodo acutæ, & graves voces conſonent, ſi voluntas, & ratio in te diſcrepent, cõſilia diſſonent? Quid ſcire qui ſint modi flebiles, ſi inter adverſa fleas? DEVM incuſes, & accuſes, eique litem intendas? Quid metiri latifundia, ſi quantum homini ſatis ſit, metiri ignores? Quid ſcire agellum in partes

in partes dividere,ſi cum fratre dividere neſcias? Quid ſcire,quæ ſit recta,quæ curva linea,ſi in vitâ,quid curvum quid rectũ ſit ignores? Fruſtra profecto illa ſcis,ſi hæc neſcis, An tu in iſtis per totum vitæ tempus immorandum cenſes,quorũ poſſeſſores flagitioſiſsimos cernis? At ſatius eſſe exiſtimas, ſupervacua ſcire, quam nihil. Certe *quæ*, ut divinus ille Seneca dicit, *ſatius eſt contemſiſſe, quam ſcire.* Et profecto idem tu cum procis Penelopes, qui deſperantes dominæ nuptias, ad eiuſdem famulas Polydoram, & Melanthonam ſe convertebant; tu quoq; cum ad Veræ Philoſophiæ κορυφὴν, καὶ ἄκρον ſummum Bonum aſpirare nequeas, vel illud ſtolidè negligas, & cõtemnas, in minutis τεχνίοις te oblectas. At interim ex tot, & tantis diſciplinis num aliquã cognoſcis ſatis? Cuius acies mentis ad leviſſimarum etiam rerũ ſuperficiem retunditur, & reſilit. Et ſi cognoſcis, quid tibi inde boni, quid non potius mali? Poſſem enim multis probare, quod ejuſmodi artium liberalium cõſectatio, verboſos, tumidos, ſibi placentes, aliorum contemtores reddat. Nonne vides ut in talium cognitiõe multi hodie frontem contrahant, barbã alant, veſtes ad talos dimittant, alios præ ſe contemnant, & ex alto deſpiciant, annulati incedant: qui profecto interdum ſi juxta eruditionem, & animi bona decorandi forent, pro ſancto illo habitu, multis colorib⁹ variegatã veſtẽ rectius induerẽt, & pro



Vaſtitudo *Ac. Pac.* N.
Vaſum, *pro vas.* Pl.
Vatrax, *pedibus vitioſis, vatricoſus.* Luc. N.
Vecors, *eſt turbati & mali cordis.* F.
Vecticularia vita *furum qui vectibus alienos parietes perfodiunt, furandi gratiâ.* Cato. F.
Vectis *maſc. Luc. Vir.* N.
Vegrande, *male grande.* F.
Vegere, *vehere, portare, trahere.* F.
Veget, *vegatum eſt, erigit.* Po. En. V. N.
Veria, *plauſtrum Oſcis. Veitara vectura.* F.
Vejarij, *ſtipites in plauſtro.* F.
Veles, *levis armatura. Tit. Sal. V.* N. *Inde velitatio.* N.
Vellicatim, *ſaltuatim.* Sis. N.
Venditatio, *oſtentatio.* Cic. N.
Venerari, *à veniâ & orando.* F.
Venerara ſacerdos, *pro veneranda.* Vir. N.
Venibo, *pro veniam.* Pom. N.
Ventabant, *pro adventabant.* F.
Velata pila, *quæ velut verua habent præfixa.* F.
Verberabiliſsimus, *plagis digniſſimus.* Pl.
Verberea ſtatua, *pro homine verberabili.* Pl.
Verbereum caput, *probè verberibus contuſum.* Pl.
Verberitare, *ſæpe verberare.* Cato F.
Verecundanter. *Cic.* N.
Verecunditer. *Pom.* N.
Veredi, *qui vehunt i. ducunt rhedas.* F.
Vereor tui, *pro pro te.* Afr.
Veriverbium, *verus ſermo.* Pl.
Vermina, *dolores corporis cum quodam minuto*

 motu

*motu quaſi à vermibus ſcindatur, Græcis* ςρόφος F.
Verminari, *torqueri à vermibus.* Pom. N.
Vernæ, *ex ancillis verno tempore nati.* F.
Vernaliter, *adulatoriè à vernis.* Cæ. N.
Verniſera, *menſalia auguria.* F.
Verſi, *pro verſus.* Liv.
Verſipellis, *Protei inſtar.* Plaut.
Verſuti, *quorum mentes crebro ad malitiam vertuntur.* F.
Verſorum, *pro verſuum.* Tur.
Verſutiloquus, Cic. N.
Verticulas, *articulos.* Luc. F.
Verrunco, *verto.* Ac. Pac. Afr. N. F.
Veſceris ſuum veſtimentum, *pro uteris ſuo veſtimento.* Næv. Lucr.
Veſculi, *graciles homines, & malè curati.* F.
Veſco ſale, *pro edaci.* Lucr.
Veſcus, *nimis obſcurus.* Luc. Vir. Afr. N.
Veſperna, *cæna.* Pl. F.
Veſpiliones, *veſpæ.* F.
Veſperugo, *Heſperus.* Pl. F. V.
Veſpices, *fruteta denſa.* F.
Veſpillones, *baiuli.* Fulg.
Veſticeps puer, *iam pubes.* F.
Veſtiſpici, *veſtium cuſtodes.* Pl. V. N. Afr.
Veterina animalia, *quæ vehere quid poſſunt.* F.
Vetuſteſcere, *veteraſcere.* N.
Veter terminus, *pro antiquo.* Ac.
Vias dux, *pro viæ.* En.
Vibices, *plagarum vulnera.* Cato. N.

Vibriſſæ



Vibriſſæ, *pili in naribus.* F.
Vicatim, *per vicos.* Sis. N.
Viciſſatim, *pro viciſſim, datatim.* Pl.
Viciſſitas, *pro viciſſitudine.* Ac. N.
Victuis, *pro victus.* V. N.
Videlicet, *videre licet, perſpicuum eſt.* Lucr.
Viduartas, *calamitas, quod viduet bonis.* F.
Vietus, *ſine vi.* F.
Viget, *quaſi vi agit.* F.
Vigilium, *pro vigiliæ.* V.
Vilitant, *vilem faciunt.* Turp. N.
Villicari, *ruſticari.* Pom. Afr. Tur. N.
Vinalia, *feſta quibus vinum novum Iovi libabant.* F.
Vinibuæ mulieres, *bibaces.* F.
Vinciam, *dicebant continentem.* F.
Vinnulum, *venuſtum illecebroſum.* Pl. N.
Viocarius, *quaſi viam currens.* V.
Violatia, *à violæ colore.* Pl. N.
Viratium, *magnarum virium.* V. N.
Vireſcit, *maiorum virium fit.* Fur
Virgator, *qui virgis cædit.* Pl.
Virgidemia, *virgarum apparatus ob verbera.* N. V. Pl.
Viriatus, *qui eſt magnarum virium.* Luc. N.
Viritim, *per ſingulos viros.* Cato. F.
Viro, *pro virtute naturali.* Lucr. N.
Viroſæ, *virorum appetentes, luxurioſæ.* Luc. Afr. N.
Vis multas, *pro vires multas.* Multæ vis. Lucr.
Viſceratim, *per viſcera.* En. N.
Vitiligo, *in hominis corpore alba macula.* ἄλφος F. Lu.

Vitulans,

Vitulans, *lætans gaudio, ut in prato vitulus.* F.
Vlla metus, *pro ullus.* En.
Vlmitriba, *qui virgis ulmeis exercetur.* Pl.
Vivatus & vividus, *à vi magnâ dicuntur.* F.
Vivus, *pro vehementi.* Virg. N.
Vllo, *pro ultus fuero.* Ac. N.
Vls, *pro ultra.* Cato. F.
Vls, & cis, *pro ultra, & citra.* V.
Vltro iſtic, *procul abſit. vt Germani nos:* Jnnerwegk.
Vmbraticola, *homo ignauus.* F. Pl.
Vnæque figuræ, *pro unus* Lucr.
Vncinatus, *ab unco.* Cic. N.
Vndulatus, *purus.* V. N.
Vngulatos ungues, *magnos, & aſperos dixit* Cato. F.
Vngulus, *Oſcorum linguâ anulus.* F.
Vnguſtis, *fuſtis uncus.* F.
Vni collegij, *pro unius.* Tit. N.
Vnosè, *ſimul, comprehenſim.* Pac. N.
Volaticus, *volatilis.* Pl.
Volentia, *voluntas.* Sal. N.
Volpes, *quod volet pedibus.* V.
Voltis, *pro vultis.* Pl.
Volup. *pro voluptas.* Pl. N.
Volupè, *iucundè.* Pl.
Voluptabilis nuncius, *gratus.* Pl.
Voluptarius. Pl.
Volta parentum. *Pro vultus.* Lucr.
Volta noſtra, *pro vultus noſtros.* En.
Vomitus, *pro homine impuro ſumitur.* Plaut.
Vopte, *pro voſipſi.* Cato. F.

Verſus,



Vorſus, *pro verſus.* Pl.
Voſter, *pro veſter.* Pl.
Votitum religione, *prohibitum, vel interdictum.* Plaut. N.
Vrinantur. Cic. N.
Vrnæ, *quod urinant in aquâ hauriendâ.* V.
Vrbanatim, *pro urbanè.* Pomp.
Vrbicapus, *qui capit urbes,* Pl.
Vragus, *Orcus quod urgeat.* F.
Vrvat, *circundat.* F.
Vſio, *uſionis, pro uſu.* V.
Vter creſcit, *pro uterus.* Cæ. N.
Vulga, *capacitas cum laxitate.* Luc. V. N.
Vulgariam, *pro vulgarem.* Næ. Afr.
Vulleſcit, *properierit.* F.
Vultuoſus, *triſtis.* Cic. N.
Vulturis, *pro vultur.* En.
Vultus *pro voluntas.* Luc. *Nam illa quodammodo in Vultu exprimitur.* F.

## Z.

Zonatim, *in gyrum.* Lucil. N.

## FINIS.